

12

37055

MAX

TIRII



BIBB.B. J. 5.

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
S. d. e. 1788

1^{ae}
—
37051

~~Num. 36. cap. 5. num. 11.~~

Q. 1547687x

11

**COSMIPACCH ARCHIEPISCOPI
FLORENTINI PRAEFATIO IN SER-
MONES MAXIMI TYRII PHI-
LOSOPHI PLATONICI E
GRAECA IN LATINAM
LINGVAM A SE
VERSOS AD
IVLIVM. II.
PONT.
MAX.**

✠

SEQVOR EORVM EXEM-
plum Pont. Max. qui cum ex insita quadam
mortalibus curiositate remotissimas gentes
adierit ubi sospites ad suos reuersi sunt nequa-
quam satis habent uerbis atq; historia tantū
peregrinationem suam testari nisi etiam ex eis
locis noui aliquid ac peregrini suorum ciuiū
oculis attulerint: In quo non ipsi solum / qui peregre fuerunt con-
spectarum rerum memoriam seruent sed etiam hi qui domi reman-
serunt: iucunditatem aliquam degustent nouitatis. Ego enim pe-
gre profectus propterea q; aliquandiu uel a latinis uel a diuinis le-
ctionibus aberrans cum graecis ac gentilibus philosophis: ad quos
me curiositas forte deuexit uersatus sum quod quidem est homi-
ni latino ac christiano sacerdoti instar longinquae peregrinationis
refero nimirum tibi Christiane rei. p. principi ac parenti de philo-
sophia gentili exiguum hoc munus. Quod simul peregrinationē
hanc non inanem fuisse: simul etiam deuotionem erga te meā per-
petuo testetur. Falli equidē possum Pont. Max. uel ut insipiens
quod non diffiteor: uel etiam / ut ebrius eius lectionis atq; huius
scriptoris: a quo me captum ac delinitum sentio. Sed me hec ele ita
opinor haud ingratum haudq; ineptum munus tibi ac bibliote-
cae illi tuae: quā paras electissime ex hoc nostro errore aduectū esse.
Quis tandem quod munus? Maximus est Tyrius graecus Auctor

a ii

Plato

Comodius

Aristides

Suidas

ueteris illius philosophiæ. Sed Platonis præcipue sectator: nostra opera nuper in latinum ascitus de quo quantum ad historiam pertinet pauca hæc pauci quæ in locis comperimus testata: Quod scilicet libyus uetusta origine quæ Commedi temporibus Remanus senator: quæ orator uehemens quæ ueteris philosophiæ pbator fuerit: tan uide enim prope ex Aristide orationibus: atque ex Suida accepimus Is de uariis questionibus ad multas philosophiæ partes pertinentibus perpetuæ orationis composuit sermones in unum & quadraginta libellos distributos: Dignos profecto mihi uisus. qui in notitiam tuam Pont. Max. omnis auctor sapientiæ deinde latinorum cunctorum ederentur. Verum enim uero cum curare in primis oporteret: ne philosophus hic nobilis diues: ac suorum temporum in eloquentia ac sapientia (ipsi si credas) facile princeps: maiestatem tuam ac ceteros latinos aditurus minore eloquii gloria accederet: quæ olim iter suos uersaretur. Mea tamē inopia nō tulit: ut huic quicquid aliud præter interpretationis fidem præstare possem: quo latinus futurus satis posset integram ac ueterem illam suam tueri dignitatē. Quæ propter operam dedi: ut quantum ad fidem interpretationis attineret: ne uel exemplarium mira paucitas (uix enim inuenimus duos) uel eorum uicia: quæ passim ac frequentissima occurrerunt: eaque nō ita a nobis omnia sanata: ut adhuc in interpretatione nostra non appareant uulnera: uel scriptoris huius remotissimi conceptus offererent multum ad ipsius habendum ueritatem. In ceteris uero idē fere seruauimus: Quod in regenerandis per lauacrum in fidelibus obseruat Ecclesia ut eum. gentiles pompas abnegare iuberem: satis habiturum: si relicto eloquii splendore: ceterisque eloquentiæ fucis: sensus dumtaxat puritatem ac sapientiæ uim: una cū imagine quadam tenui ueteris sui nitoris: e gracia secum in latium deferret. Verum tamen ille ita meo iudicio sapientia habundat: ut etiam Atticis ornatu spoliatus: doctis tamē ac sapientibus uiris in hoc tenui pallio: satis amplitudinem suam probare possit. Eius. n. sermones sublimen quandam indicant mentem: Diuina illa Platonis acque Homeri ambrosia saturatam: mirū hominis studium ueteris atque integræ philosophiæ seruandæ. Ac præterea ingenium Horatianū (me Hercle) dixerim in uentionibus figuris exemplis ac tra-

Plato

Homere

Horatius

tionibus scaten: de quo uix iudices: utrum magis illud ad orationem an ad poetice uergat. Summum quoque iudicium: maximam in omni genere litterarum eruditionem ac scientiam orationem quæ nihil dormitans aut ociosum admittat: Quæque uel breuitate: uel sententiarum nouitate: uel cuiuslibet rei proprietate: uel uarietate lectionis satietatem discutiat: attentionem requirat atque inuitet. Habet. n. hic scriptor: nescio quid: Quod ex cunctis philosophiæ partibus temperatum: oraculum magis quæ orationem imitetur. Connumeret præterea inter eius uirtutes exactam quampiam argumentandi peritiam ac uim. Verum pro ingenii sui magnitudine uulgaribus absconditam: claram tamen ac perspicuam eruditis ac doctis: miroque artificio constructam: quæ nequaquam spectare uidetur: ut auditoris extorqueat assensum: sed potius docilitatem ac persuasionem pro uere sapientiæ studio uenetur. Dicerem pro eius merito plura: uerum ut ille aliquo in loco ad Homerum laudandū: nihil potius habet: quæ ut Homeri ipsius Carminibus utatur: Ita etiam ego pro huius laudatione potius habeo nihil: quæ suum illum tricesimū septimum sermonem allegare: in quo clarissime patet quæ ipse de se sentiat magnifice. Quam etiam ceteros sentire uelit. Cum. n. uerissime de laudibus suis ipsemet. Sed tamen necessario loquatur: necessitatem profecto mihi demit: aut ipsum (ut par erat) pro dignitate sua: aut munus hoc nostrum: quod amplitudine tua multo ierius commendationem aliquam poscebat uerbis ornandi. Itaque laudibus ceteris omissis: si quæras Pont. Max. quid me præcipue præter hæc omnia impulerit: ut philosophi huius sermones tibi: ac bibliothecæ tuæ conciliarem: probasse me scito: in primis piam in eis sapientiam: utpote Platonis academice alumnam: ac perfectionis pedis: sequam christianæ dignam profecto: quæ a sacerdote Christiano peregre reuerso: pro peregrinationis inditio ad sacerdotum parentem dono referretur. Dein quæ compendio loquitur: ac statuit de pu' cherimis atque altissimis philosophiæ questionibus: quas coniectas in capitula: ea me hercle suauitate: uarietate: ac breuitate: pro ingenio suo condidit: ut nō procul ab officio fore censuerim: Ut si forte esuriens animus tuus repudiatis solitis escis: externi aliquid cuperet: paratas haberet has offas: quæ uno haustu uorat & lectionis resicerent gustu.

Homere

Plato

Num mirificeq; instaurarent firmitatem. Quid enim aliud sciat,
 domesticæ istius bibliotece designatio? quid gymnasii publici cō-
 structio? Quid doctorum aliquorum familiaritas atq; usus? nisi
 te inter tumultus bellorum ingentes: in quos necessitas dignita-
 tis apostolicæ tuendæ te coniecit: inter tot egregias partas uictō-
 rias inter cogitationes consilia tractatusq; quos habes frequentis-
 simos de Christianorū concordia ac pace: ac delendo infidelium
 nomine. Inter magnificentissimas illas Templorum atq; Edium
 constructiones: inter hæc omnia in quibus animi tui uigor enite-
 scens propriam ac peculiarem poscit laudationem: consulto a no-
 bis in alium locum eleuata. Quid inquam aliud indicant? ni-
 si te Interdum remissionem animi querere: honestū diligere ocīus
 ac philosophiæ desiderio teneri? Fuit igitur officii mei: qui digna-
 tione ac beneficio tuo: sacerdotio patrie Ecclesiæ ornatus uocatio-
 nem a negociis tuis. Quorum me aliquandiu ministrum habui.
 si sum adeptus: uicissim tibi nūc pro ocio accepto (si nō par ocīū
 liceret) ocīū saltem curare instrumentum. Cuius si te fastidium mi-
 nime ceperit: quod quidem humanitas tua pollicetur: uberio-
 rem post hac operam ad huiusmodi obsequium expecta: In quali nō
 ingenium ac sapientiam laudabis? id enim Pont. Max non postu-
 lo. spiam profecto uoluntatem ac studium: gratitudinemq; animi
 mei ubi & apostolicæ sedi debitam laudabis.

 CAPITA SERMONVM MAXIMI TYRII
 PHILOSOPHI PLATONICI.

VID Sit Deus secundum Platonem sermo	i.
q Vtrum referenda sit iniuria Ser.	ii.
Vtrū existēte diuinatione aliquid sit ī nostra potestate.	iii.
Quomodo distinguatur amicus ab adulatore. ser.	iiii.
Vitam actiuam meliorem esse contemplatiua ser.	v.
Vitam contemplatiuam meliorem esse actiua. ser.	vi.
Vtrum recte Plato de ciuitate sua expulerit Homerum. ser.	vii.
Qualis fuerit amatoria ars Socratis. ser. i. & ser.	viii.
De eodem amore. ser. ii. &	ix.
De eodem Amore ser. iii. &	x.
De eodem amore. ser. iiii. &	xi.
Quod omni suauitate loquēdi melior est philosophicus ser.	xii.
Quod Bellatores ciuitati utiliores sunt q̄ Agricōl.	xiii.
Quod Agricōlæ utiliores q̄ Bellatores.	xiiii.
Sermones optimos esse qui operibus consonant	xv.
Quid intendat Homerus	xvi.
An ipsa uirtus sit ars:	xvii.
Quomodo quis se uindictet a dolore.	xviii.
Qui sit finis philosophiæ.	xviiii.
Cynici uitam potio-rem esse:	xx.
Vtrum circulares disciplinæ conferant ad uirtutem:	xxi.
Nun quis diuina sorte bonus fiat.	xxii.
Bonum bono maius non esse.	xxiii.
Bonum bono maius esse.	xxiiii.
Cum Deus bona agat: unde mala?	xxv.
Quid sit Socratis Demon. i.	xxvi.
Quid sit Socratis Demon. ii.	xxvii.
Vtrum disciplinæ sint reminiscentiæ.	xxviii.
Vtri de Diis melius tractarint poetæ ne an philosophi.	xxviiii.
Vtrum orandus sit deus.	xxx.
De uoluptate: quæ & si bonū est minime tamē est firmū. i.	xxxi.
Quod uoluptas & si bonum: non tamen firmum. ii.	xxxii.

Quod uoluptas & si bonum sit: attamen infirmum: ill.	xxxviii.
Quid sit philosophiæ finis.	xxxix.
Quod ex laboribus & in fortunis est utilitatem accipere	xxxix.
Quomodo quis ad amicum se habeat.	xl.
Omni subiecto philosophicum convenire sermonem.	xli.
Vtrum Diis dicanda sint signa:	xlii.
An recte fecerit Socrates: qui noluerit uti apologia:	xliii.
Quid est scientia:	xliii.
Lutiores ne sint corporis an animi egritudines.	xliii.

Finis Tabulæ.

SERMO PRIMVS:

MAXIMI TYRII PHILOSOPHI PLATONICI SERMONES:
 QUID SIT DEVS · SECVNDVM PLATONEM · SERMO PRIMVS.

VM DE DAEMONVM ambigitur natura: differere de ea re: tum ipse ausim: tum aduersantes: facile sustineam. Neq; enim aut grauius eum peccare censuerim: aut etiam agere insolenter: qui in eam secum ipse dubitationem: aut aduersus aliquem disputationem ingrediatur. Sit ne penitus Demonum natura. Ac si ea est quid nam maxime: aut quæ sit: quandoquidem certum est nomen: tamen si latet substantia: potentiaq; in ambiguo uersatur. Nunc uero cum de Deo dicturus sim: Qualem ipse me faciam? cuiusmodi uerborum me elegantia muniero? Aut unde satis claras appellationes comparabo? Quam præterea electi cantus concinuem Armoniam: Ut aut mihi ipse: aut aliis ostendere ualeam? quod queritur. Si enim eloquentissimus omnium Plato Quamuis ipsum Homero comparaueris: haud alias unquam: neq; etiam in presentia satis dignus est: qui de Deo loquens: sibi uindictæ fidem. Sed aliquod nihilominus desiderium habet: aliunde suæ opinionis pernoscentæ: frustra id dicere agrediatur is: qui in iusto ingenio utatur: Nisi forte cuiusdam uehementer sitienti: presentemq; habenti limpida amnem: qui copiosus aquarum simul delectaret aspectum: simul comode preberet potum: secundumq; meq; nutret: nos alicunde: ex inopi fonte: ceteraq; inferiori haurientes: sufficientem potum afferre posse arbitremur. Qualem similitudinem uidere licet in noctua: cuius cum iterum in clarissima solis luce caliget aspectus: noctu tamē igniculi faculam aucupatur. Si quis enim in Platonis incidens sermones: meliores alios desiderat: putetq; in eo micantem lucem: exilem admodum esse: minimeq; claram: Hic nunquam aut ex orientem solem: aut refulgentem lunam: aut hesperum occidentem: aut luciferum præuenientem aspexerit. Sed mane amabo iam iam enim meditor sensim: quæ sit huius uis orationis: uenitq; in mentem eius imaginem rei: in metallorum fossoribus uideri posse:

Plato
Plato
Plato
Plato

SERMO.

qui cum terram ipsi cedant atq; aurum effodiant minime tamen
sufficiunt ad auri naturam dignoscendam: At reicere negociū huius
modi oportet in eos: qui igne aurum probant. Primum namq; cū
oratione Platonica congressum. Auri prorsus metallo euidam si-
mile esse existimo. Quod sequitur aliam artem requirit: quæ perin-
de atq; auri rudiatem igne. Itā Platonis uerba ratione examinet ac
purget: & quæ præterea sincero ac probato corū auro idest purissi-
mo sensu sciat uti. Si igitur quemadmodum metallorum: ita etiā
ueritatis comperimus uenam: eaq; & diues & largissima existens:
aliam nihilomīus artem exposcit: quæ rudem (ut ita dicam) mate-
riam: ex quoque re possit: Age dum eam artem aduocemus. ut no-
bis in presenti sermone quærentibus quid sit. ex sententia Platonis
diuina natura suffragetur. Si igitur ars hæc uocalis effecta peteret
subinde a nobis. utrū diuinitatē penitus tollentes: obtuso prorsus
ad omnem diuinitatis sensum ingenio. dissertare uelimus? An ma-
gis uel opinionem Platonis de Deo. uel peculiarem aliquam a qua
Platonē dissentire arbitremur. sequamur? Nunquid ita petenti re-
spōdebimus? proprie cuidam nos oppinioni inniti: Et si iterum pe-
tat cuiusmodi ea sit. Addemus statim Deum esse:

In curuis humeris nigrum. crispūq; capillo.

Irridebitur merito responsum: ipsum quamuis etiam Deum grā-
diori caractere exprimere nitamur. nigra. s. habentem superci-
lia. auream celsariem. qua terram. mare. sydera uoluit. Ad hæc
atq; horum similia: Philosophi singuli diuinatione quadam
accedunt: qui cum propter debilitatem aspectus. explanationis
inopiam ac hebetudinem mentis: diuinitatem comprehende-
re non possent: quam quisq; pulchritudinis speciem concepe-
re poterat. maximam. ea diuinam naturam insignibat. Si uero æ-
tes in consilium uoces. iubeasq; simul omnes. uno decreto de sub-
stantia Dei sententiam ferre: censēs ne aut pictorem. aut statuarū.
aut poetā. aut philosophū diuersa intellecturos? Sed nec Scythæ.
nec Græci. nec Persæ. nec Hyperboreus dissentiet: Cū tamen aliis
aliter de rebus. nec idem: sed diuersa sentire uideantur. Quin etiā
neq; ipsa boni maliue. turpis atq; honesti cōstitutione. conueniēt.
Quæ. n. ad leges ac iustitiam pertinent. sursum ac deorsum ferunt.

Plato

Plato

et h.

tur: diuisa undiq; ac distracta: ut nō modo gens genti. ciuitas ci-
uitati. domus domui. uir uiro. Sed nec quis sibi ipsi demum con-
sentiens sit.

Mens etenim humana est talis. qualem ipse dietim:

Iuppiter attulerit hominum pater atq; deorum:

Veruntamē in tāta pugna: contentione. ac dissonantia nusq; gen-
tū cernere est: aut leges. aut rationes. nō in hoc saltim oēs cōueni-
re. q. unus deus princeps ac pater oīum existat: cui multi deinde
dii. deorūq; filii in principatus administratione operā nauent. Qd
qdē haud solum fatetur græcus: sed & barbarus: sed & insularum
& continentis habitator: ipsi deniq; qui sapientiam abnegant:

Vt quis ad oceani litora accesseris: ibi quoq; deos his quidem
prope orientes: illis uero occidentes inuenias.

Quid Plato? Plato

num unum hunc putes. uel calculo. uel decreto ab his om-
nibus dissentientem. & non potius in tam pulcherrimo can-
tu uerissimeq; opinionionis affectione: ceteris consonum atq;
affectus sotium existere?

Quid hic est sol? oculus respondet:

Quid hæc sunt tonitrua? Aures respondent: eorum tamen arti-
ficem desiderant. artemq; diuinatione. assequuntur. Si uero in uni-
uerso æuo: duo. aut ad summū tres. exorti fuerint. genus uidelicet
hominum inter mortales. Dei expertis. abiectum ac sine sēsu: quo-
rum oculos error. aures deceptio inuasit.

Qui mutilatum
animum eumq; irrationalem. infœcundum habuerunt me-
tuculoso similes Leoni: excorni boui atq; implumi aui: etiam
ab huiusmodi hominum genere Dei mētionem fieri audies: Nam
& nolentes sciunt. & fatetur inuiti: licet ab eo demperis bonum.

ut facit Leucippus: Addideris sotietatem affectionis. ut Demo-
critus: naturam permutaueris: ut Straton. uoluptatem concesseris. ut Epicurus. Nullam esse dixeris. ut Diagoras. Quædam igno-
rate uelis: ut Protagoras. Hæc quidem omnes ualere sinemus:

qui facultatem non habuerunt integram. ac firmam ueritatis at-
tingendæ: sed ad eā incertis. atq; errantibus semitis feruntur: Quid
igitur faciamus huiusmodi. uiris. aut quid dicamus? cum per illos
ex obliquo dei uestigia conspicati simus. nullis tamen simulat

Leucippus
Democritus
Strato
Epicurus
Diagoras
Protagoras

Leucippus
Democritus
Strato
Epicurus
Diagoras
Protagoras

Leucippus
Democritus
Strato
Epicurus
Diagoras
Protagoras

Leucippus
Democritus
Strato
Epicurus
Diagoras
Protagoras

SERMO

Vlyxes

Homex)

Croesus

eris occurrerimus? Ipse quidem Vlyxes cum ad ignotam terram accessisset in speculam ascēdens incoletium mores scrutabatur Num fera gens nullasq; unq̄ mollita per artes Iustitiam ne colunt: & sancti iura uerentur Hospitii? ac numen cęlestum mente capeffunt. Nos uero nequaquam audebimus ratiocinationem nostrā in sublimen aliquam animi speculam attolentes eo proposito indagari Deum: ut quem ille locum in colat quamue habeat naturam inueniamus? Sed contenti erimus si quid in eum liceat allueināter inspicere. O utinam oraculi cuiuspiam copia detur siue illud Iouis siue Apollinis sit nequaquā dubia ac flexiloqua loquentium: non illos sane consulerem de Lebe: quēadmodum Cręsus Regum omnium stultissimus & coquorum infelicissimus: neq; de dimensione maris aut harenarum numero peterē. Contemnerē preterea grauiora eiusmodi rogare. Irruentibus medis patriam quomodo defendam quasi tacente etiam Deo non habeam triremes: Siciliam concupisco capiam ne? Quasi haud inuito numine frequens Sicilia resistere non possit? mihi quidem aut ex Delpho de Ioue respōdeat Apollo: aut de se ipso Iuppiter. Aut saltem ex academia dei ipsius interpres acticus uir ac uates in hūc modū loquatur. Animus ad intellectiōnem instrumētis utitur duobus: altero simplici quod mētem. altero uario multiplici mutabiliq;: quod sensus nuncupamus: Quę & si functiones permiscet utrunq; tamen propriam distinctamq; substantiam agnoscit: Vtq; hęc inuicem ad se habēt: ita & ea quorum existunt instrumēta. Iccrico differt ab intellectu sensibile: quātum interest inter mentem & sensus. Horum sensibile propter consuetudinem uulgatius est: intellectilia uero ob insolētiā hominum cetui minus nota sunt: Naturę tamen exploratiōra. Enim uero animalia plantę lapides uoces irę appetitiōnes colores eiusmodi omnia: quę longa consuetudo collegit dietinq; permiscetur ordine uiuendi: ita animi dispositiōnes traxerūtq; in sentētiā: ut in his solis essentiā oēm: nec preterea alibi locatā arbitretur. Sed intellectu cū sit ab illorū cōtactu.

coherentiaq; penitus liberum: eius est naturę ut ab intellectu tantum leuandū propriam natura cerni possit. Is uero intellectus quoniam in uniuersa anima disseminatus est: propterea distrahitur a sensibus ac perturbatur & eo inquietudinis agitur: ut sua ipse spectacula discernere non possit: ob eam q; causam plebeius factus ita moribus plebis assueuit ut popularibus sententiarum uocibus loquatur: nihiq; aliud esse arbitretur: preterq; qd uideri audiri: olteri gustari ac tangi queat. Igitur quemadmodū in epulo nidoris pieno in quo per multū uini miscetur: estq; tibiae fistulae talitationūq; strepitus multus atq; odoramentorū magna uisus cōstāntissimus ut: q; se colligens ac cōtrahens ab illis oibus auocet sensū: itaq; & lodriū & temperatū p̄stet: ita etiā uarie obstrepētibus sensibus magni negotii ē iuenire mētē frugiq; adeo se ab his explicet ut sua ipia spectacula possit intueri. Cū n. sensū natura multiformis exultat repletur interdū interdū fluat: ad uarias suiq; similes mutationes animi instruit: Vt si quādo se a sensibus in stabilē firmāq; intellectu naturā erigere conetur: firmiter eā fluctuū ac perturbationū salo concussa: dignoscere nō possit: quale quiddā concueuit accidere his qui ex nauigio descendūt in terrā: quorū per diu agitātū iactātū ac conflictatū tempestatibus corpus: firmis stare uestigiis uix queat. In utra igitur horū natura collocabimus Deū? An non in ea quę firmiter & stabilior existit? & quę minime addita est fluxibilitati atq; mutationi? Nam qd in uniuersa rerū natura consistat: nisi deus illius naturā amplectatur? Sed age opus habeas aliquo: qui te manu quodāmodo in uniuersam hanc notitiā deducat. Ipsam sequere rationē: eaq; in hunc differat modū: notissimas naturas partiens in duo: quarum nobiliorem nunq; diuidere abstinabit: donec ad id: quod quærimus peruenerit. Verum namq; inanima quędam sunt: quędam animata. Et quidem inanima lapides ligna atq; eiusmodi alia. Animata uero plantę atq; animalia. Sed animatum inanimato lenge p̄stet: idq; in uegetabile ac sensibile distinguitur. Horum sensibile p̄stet: quod rursus partim est irrationale partim rationale. At rationale irrationali melius. Verū in aia rationali quando quiddē collectū esse apparet ac quodāmodo contineri: quod nutrit quod concupiscit quodq; intelligit.

De perturbatiōe intellectus pulchri

Pulchra comparatiō

quam comparationem habet animatū cum inanimato: eandē habet
 parsusius intellectus: quae dicitur mens: eū ea aīa quae ex ceteris
 partibus constat. Et quidem mens omnibus illis prestantior. Vbi
 igitur collocabimus Deum: an in ea anima: quae multiplex est? At
 meliora ominemur. Superest ut quodāmodo i arcē una cum ora-
 tione ascendentes in ipsa mentis prestantia Deum statuamus. Sed
 etiā hic duplicē naturā uideo. Alter. n. intellectus intelligendi uim
 habet a natura: licet actu nequaquā itelligat: Alter uero & ipse na-
 turā intelligendi habet: nondum tamē perfectus esse cognoscitur.
 nisi amplius addideris semper illum atq; omnia intelligere: nō au-
 tem alia temporibus aliis usq; adeo ut perfectissimus sit: qui quidē
 semper atq; omnia ac simul omnia intelligat. Piacet ne quod est di-
 ctum figuremus exemplo? Finge diuinā mentē in uidendi: huma-
 nam uero in loquendi potentia consistere. Non ne oculi obtutus
 ocissime ac semel undiq; uisibilis obiecti sensum ad se trahit? ser-
 monis autem opus lento (ut ita dixerim) gradu incedere uidetur:
 Sed forte commodius dicemus: si diuinā mentem dixerimus in-
 star solis: uno simul intuitu quodcunq; ubiq; est in terra loci: pro-
 spicere. Humanam uero pro more uiatorum non nisi longissima
 mora ac diuersis temporibus: uniuersi partes cognitione percur-
 rere. At qui prior illa: ea est: quam nobis uir ille atticus: ex acade-
 mia pronuntiat uniuersi parentem ac opificem esse: cuius nec no-
 men enunciat: quod minime nouit: nec colorem prodit: quem
 minime uidit: nec magnitudinem ostendit: quam nunq; attigit.
 Hae namq; ad corporis proprie naturam: atq; oculorum intelli-
 gentiam pertinent. quando Deus ipse: neq; oculis perspicit: nec uo-
 ce enuntari potest: nec corporeo tactui subicitur: neq; auribus po-
 test auriri. In quem solus animus pulcherrimus: uidelicet nitidis-
 simus: intelligentissimus: atq; expeditissimus oculus: propter simili-
 tudinē intendit: eundem ipsum eiusdem animi: propter affinitatē
 percipit auditus: Sed totus atq; integer non nisi uacua: atq; in seip-
 sam contracte illabitur menti. Quomodo igitur sit semper
 ut cum quis cupiat solem intueri: haud auditu ad eius perueniat
 aspectum: neq; uocalis harmonie studiosus: eam prosequatur ocu-
 lis: sed desiderium oculorum i ipsis coloribus: aurium uero expleat: ut

i sonis: Ita et mēs ipsa itelligibiles species appetēdo eas & uidet &
 audit. Quomodo autem uel uidet uel audit? recto nimirum ani-
 mo atq; adeo ualido: ut aciem suam sincerissimam in lucem illam
 possit intendere. Cuius aspectus haud caliget unq; uel ad terrena
 demittatur: quin potius aures aduersus sensibilia obstruat: & ab
 his uisum reliquosq; ad seipsam abducat sensus. Quae praeterea
 a doloribus: fletibus: uoluptatibus: gloria: honoribus: ignominia
 libera sit: seq; ipsam dumtaxat uerissimae rationis: ac ualentissimi
 amoris gubernationi committat: ac rationis quidem: ut ab ea: quo
 sit tendendum accipiat. Amoris uero: ut huius itineris peritissimi
 ductoris: quicq; satis sciat gratia ac lepore itineris minuere laborē.
 Qui illuc tendens atq; ab his terrenis abiunctus: habeat semp
 ante oculos claras ac fulgentissimas species: exordium quodam-
 modo ad Dei naturam dignoscendam inducentes. Ita pergēs ani-
 mus de natura diuina: obiter audit: eamq; ascendēs intuetur: neq;
 terminus uiae caelum est ipsum: caelestiae corpora: Quamq; pul-
 cherrima & ipsa sunt diuina: ut pote Dei ipsius legitima foetura:
 & ad pulchritudinis concinnata prestantiam: quin potius ultra p-
 gere oportet: ac supra caelum se se efferre: inq; eum locum statue-
 re in quo ueritatis ac tranquillitatis est sedes.

In quo non hyemis rigor est: nec decidit imber:

Lucidus at semper uolat atq; innubilis aer.

Vbi nullus corporeus affectus a suo animum spectaculo abduce-
 re potest: eiq; id exhibere negotium: a quo idē animus miser: dū
 uersabatur in terra: mugitu atq; affectionum tumultu: sterneba-
 tur. Nam quomodo Deum intelligat quis: qui cupiditatum mul-
 titudine atq; absurditate ratiocinationum percussus sit? Haud sa-
 ne melius q; qui in populari contentione: ac tumultu constitutus:
 uel legem uel magistratus percipiat uocem. Quotus n. quisq; ē
 hominū: qui in caetu ac strepitu multo: liberum habeat auditū?
 Icirco animus cum i tumultu huiusmodi ceciderit: seq; ipsum
 temere uastis comiserit undis: natat quidem intranabili freto: do-
 nec fuerit exceptus a philosophia: Quae ei rationes suas: iuxta ac
 Leucothea uelum subiecerit Vlixi. Quomodo igitur fiet: ut eua-
 lens aliquis ad aspectum Dei pertingat? Sane cum integrum ui-

Leucothea
 Vlyxes

abit eum fuerit accitus. Neque est quae nimiam uocationis moram
 (quae quidem omnino expectanda est animo) pertimescat. Vides
 n. ut senectus aduentat per quam ad Deum est transitus: Vt mox
 sequatur mors de qua meticulosus quisque conqueritur: & accedē-
 tem expauescit. Contra qui dei amator est libens amplectitur in-
 trepidusque excipit: Sed te (ut uideo) noscendae eius in presentia na-
 turae desiderium tenet. Quis tamen prestare satis id queat? pul-
 chrum Deum dicet & pulchrorum omnium pulcherrimum haud
 quidem pulchrum corpus: sed unde pulchritudo in corpora ema-
 nat. Neque etiam pulchrum pratum: Sed unde & pratum & am-
 nes & mare caelumque ipsum caelestesque Dei pulchritudine decer-
 punt. Inde enim pulchritudo omnis: tanquam ex perenni purissimoque
 fonte ad nos usque delabatur: tantumque aut pulchritudinis aut fir-
 mitatis aut salutis rebus in singulis inest quantum ab eo forte re-
 spargantur. Ex quo si nihilum hauriant: continuo turpes dissolutae
 corruptaeque tabescant. Hoc tibi si scitis est Deum ipsum inspexistis:
 Sin minus quae nam alia poterunt eiusdem nature interpretatio-
 ne proferre? Fac in eo nec magnitudinem nec colorem nec figu-
 ram aliquam cogites: non aliud praeterea quicquam quod materia pa-
 ti consuevit. Verum ut interdum formosum corpus ne conspici
 possit: multis ac uariis inuolucris obtegatur: cuius amaret ut ex-
 pleatur aspectu: ea opus habet amouere. Sic etiam necesse est ami-
 etum hunc qui tibi oculos impedit ratione auertere. Nec mora
 statim inspicias quod cupis: Sed perstrigetur forte acies: quomi-
 nus ipsius patris opificisque omnium substineas conspectum: Quae
 obrem in presentia satis habes opera uidere factisque eius uenera-
 ri: uarios ac multos: neque adeo tot quot Pindarus dixit: Haud enim
 triginta milia Deorum deique ipsius filiorum & amicorum: sed in-
 numerabiles penitus. Quod quidem testantur in caelo naturae astro-
 rum in quo aetherae substantiae demonum. Sed libet eius (quod dixi-
 mus) perspicuam magis imaginem ostendere. Magnum animo
 regnum ac principatum potentissimum concipe: hominum ex
 nutu unius animi optimi: atque antiquissimi libentissime penden-
 tium. Hocque regnum: haud haly flumine: haud Helleponto defi-
 niri: neque praeterea: uel a Meotide palude: uel ab oceani littoribus

Pindarus

abyss fl.

contentum. Sed eius esse caelum terramque alterum celsitudinis
 a teram depressionis metam. At caelum quidem similitudinem in-
 expugnabilis muri: unde quaque in circuitu ducti obtinere: qui res
 omnes in seipso contineat. Terram uero carceris cuiusdam imagi-
 nem referre: in qua nexa ac compedita sint nocentia corpora. Re-
 gem illum maximum fortissimumque cogita: legesque iuraque ad sub-
 iectorum salutem ac beatitudinem sancientem: secundumque hunc
 ministros quos plurimos deos: Visibiles alios: alios nobis abscon-
 ditos: qui ueluti lanitores ad uestibulum occupati ministerium for-
 titi sunt diuinae uoluntatis decreta enuntiandi: & cognatione qua-
 dam coniuncti primo Deo: atque eius conuiuio accepti: Visibiles ue-
 ro ministri eorum minoresque existunt: Quibus tamen inferiorum
 alius ordo subseruit: Ex his ordinem successionemque licet intueri:
 ab ipso summo Deo ad hominum usque deorsum descendentem:

CIVIRVM REFERENDA SIT INIURIA: II

TRVM Iustitiae sit domus altior: Quam ut prauis ho-
 mines hanc superet dolis (ut uerum fatear) mens dubi-
 tat mea. Iu quidem tecum ipse Pindare disputas de iustitia ^{Pindarus}
 ac dolo conferens aurum cum grege. Cur ita? Quia agis Poe-
 tam peritusque artifex es: & cantum choro & tyrannis triumphan-
 tia carmina componere. Quamobrem tibi illud in primis curae
 est: quemadmodum serues uocabulorum mensuram: aut rectam
 modulationis rationem: aut etiam numeri figuras. Viro autem eis
 qui uel choros uel cantum nihilo plus facit quam pueri ludos: et qui
 unius animi mensuram numerum modulationem atque habitum
 cogitat: quemadmodum his queat propriae uitae negocia condire:
 nequaquam unquam ueniet in mentem: uel etiam leuiter ambigere.
 Vtrum iustitia sit arduus murus: nec ne: Sed potius carmine tuo
 conuerso ita loquatur. Iustitia murus est arduus: quem non obli-
 quis doli uis ingreditur hominum genus. Cum nihilominus ius-
 titia aditum ad se prohibeat dolis: quae caelum Alcidis. Neque secius do-
 li ad alta menia iuuent ascensum: quae olim olympo impositus Ossa
 uel Pelco impositus Olympus: quos iter ac caelum tantundem in

tererat: quantum inter Iustitiam ac dolos: Quod igitur bonerū uidelicet Iusticia est: improborum est dolus. Et Iustitia quidem comprobata res est: adulterinus penitus dolus. Illa ualida: hic debilis. Illa utilitate prædita: hic utilitatis inanis. Iam ne uero qui Iustitiam colit & circumseptus est: hisce Pindari manibus eligat: si forte cum contingat iniuriam accipere: ex æquo iniuriam rependere acceptam? Age uideamus quid id est: quod dicimus. An forte iniuriam sibi ipsi quenq̄ inferre fas sit. Nam si quidem est eiusmodi facere iniuriam: atq; accipere: eiusmodi est uerba inferre ac pati: nil plane obstat quin idem simul iniuriam faciat & patiatur. Sin uero uerberibus inferendis illud contingit: ut ex cōmuni repulsi: quem natura corporum parit: unus utramq; rē: actus actionem scilicet ac passionem suscipiat. Facere autem iniuriam atq; accipere: mutuos potius imitetur obtutus: Cum uidemus scilicet ac uidemur: ubi quicquid uidet: utiq; & uidetur. Non tamen quicquid uidetur protinus etiam uidet. Idcirco alia potius in hunc modum utamur similitudine: ut inferre iniuriam atq; accipere: quasi coarguere sit & coargui. Si quidē coarguit qui ueritatis est conscius: coarguitur autem ueritatis ignarus. ac sicuti non coarguitur ueritatis peritus: nec inscius coarguit ueritatis. Ita facere iniuriam atq; accipere unius: ac eiusdem esse: minime dixeris. Quando igitur non eadem unq̄: sed distincta omnino hæc sunt: probusq; & improbus nequaquā est idem: utri utrū assignemus. Nunquid iniuriā inferre: uelimus improbi esse: pati autem iniuriam probi? An potius iniuriam inferre: certum est facinus improbi: cum tamē iniuriam pati ad certam alterius personam referri non possit? Videamus hoc modo. Iniuria ē priuatio boni. Bonū uero quid est aliud q̄ uirtus? sed uirtus auferri non potest: aut igitur qui possidet uirtutem: iniuriam accipere nō potest: aut falso diffinitum est dudū: iniuriam priuationem boni existere: Aut nullum bonum obnoxium est: ut auferri: abiici: expugnari: uastariue possit. Id si ita se habet: quam iniuriā patitur probus a quo sua probitas auferri peccatum improbum non potest? sequitur ergo si probus iniuriæ minime patet: eum qui iniuriam patitur: improbum esse: tamq; ab improbitatis accipere consortem. At improbus quodnam possidet bonum:

iniuriz diffinitio

num: quod auferri ab iniuria possit? Quam priuationem diffinimus boni. Nam qui nihil habet: quo queat priuari: nihil etiam habet: in quo possit iniuriam accipere. An igitur iniuria nō in priuatione consistit patientis: sed potius oritur ex animo agentis: ac propterea improbus iniuriam: patitur: tam & si nullum habeat bonum: & probus itidem ab improbo leditur: tametsi auferri sibi bonum non potest: Equidem magis illam rationem admittos: quæ iniuriam potius imputat uolenti eam inferre: tamen si ab erant a proposito: q̄ huic qui puenit ad opus. Lex enim animaduertit in mechos: non in eos solum: qui adulterium cōmittunt: sed et in eos: qui cōmittendi uoluntatem habuerunt. Punit etiam fures: qui furtum tentauit: quis conficere negotium non potuit. Et proditorem: qui prodendi animum habuit: licet ad actum proditio nequaquā sit ducta. Eo igitur uniuersa ratio ducitur: ut statuatur probum uirum: neq; iniuriam facere: neq; iniuriam pati: quippe qui iniuriam iccirco non facit: quia faciendi uoluntatem non habet: nec patitur propter uirtutem. Improbus iniuriam infert: non autem accipere uidetur. Infert quidem iniuriam probus: ob improbitatem: quā habet: nullam uero accipit iniuriam: Quia boni expertus cum sit: bono priuari non potest. Adhuc pluribus hanc rem uerbis explicabo. Si quidem bonum in uirtute sola: nec præterea alibi consistit. Improbus uirtute inanis: in quo sustinere iniuriam possit: minime habet. Sin uero præter ipsam uirtutem: ea quoq; bona censentur: quæ sunt corporis: quæue extrinsecus a fortuna proueniunt: ac circumstantia sunt: quandoquidem satius est: ubi ea non fuerint: cum uirtute coniuncta: q̄ longissime ab homine abesse. His quoq; multatus iniuriam accipere non potest: Constat enim cum his bonis spoliari: quibus alioqui abuteretur omnino: Quamobrem ille iniuriam infert: non patitur uicissim. Si cōstās sententia manet: iniuriam ab inferendi oriri uoluntate. Sed nunc de improbo loquor. Vult quidem improbus iniuriam inferre: at tamen inaniter conatur. Cum. n. id uult: aut sui similem improbum petit: aut seipso meliorem. Deficiunt sex lineæ.

Leges puniunt etiam eum q̄ uoluntate a taxat peccauit

Quid est igitur quod acturus sit melior? Nunquid improbo iniuriam referet? At nihil inueniet in quo figat iniuriam. Quam obrem. n. potius improbus improbus est: q̄ q̄ careat bono: Quare neq; opere ipso qui sapient: improbo iniuriam rependet: quando quidem nihil apud illum inueniat in quo iniuriam locet. neq; etiā animo si quidem non magis uir probus iniuriam unq̄ inferre. q̄ tibicen tibias dissonanter inflare meditatur. Communiter uero si improbum est iniuriam facere: iniuriam referre simile quippiam est. Si enim qui iniuriam inferens propterea q̄ prior causam prebuit: maius flagitium admittit: tamen q̄ retulit. Iccireo q̄ uultus est ei improbitate exequatur. Et si iniuriam inferens deliquit: uicissim delinquens nihilominus priore illo delinquere uidetur: quia iniuriam rependit. Quomodo. n. qui gratiam refert: eo qui cepit beneficium conferre: nihilominus beneficus est: quis prior beneficium accipit. Sic etiam qui iniuriam refert: nihilominus deterius agit: eo a quo ante acceperat iniuriam. etiam si prior erat iniuriam perpeffus: Nam quis erit unq̄ iniurię finis? si qui iniuriam est passus: ultionem nequaquam remittit: profecto necessarium erit malum: continue ab alio ad alium transferri: ac transire: iniuriamq; nouam ueterem semper iniuriam excipere. Etenim si conceditur iusto: propterea q̄ est perpeffus iniuriam: auctorem iniurię ulcisci: in eundem etiam iustum ab eo qui ultionem excepit: reuertetur iterum ultio. Vtrobique. n. agendi idē eadem æquitas est. Quale o Iuppiter Iustitiā fecisti: quæ ex iniuriis oritura esset: Quonā usq; progreditur malū? aut ubi tandē cōsistet? An parū uideras p̄mnē te improbitatis fontē mouere: Atq; eā legē uniuerfis hominibus sancire: aqua uetusta quædam origo malorū oīum initium sumeret: Ex ea scilicet est antiquum olim inter hoīes malum: struendarum classium: tam barbarorum: q̄ etiam græcorū: quibus illi interpositum mare transmittentes se inuicem impeterent: diriperent: oppugnant: atq; uastarent: prætestum iniurię existimātes p̄ueniētē iniuriā. Phænices. n. rapere aggressi sūt ex Argo regiā puellā. Secuti mox græci ex eolcho barbarā uirginē adduxerūt: Phryges deīde laconicā ex Pelopōessō mulierē. Vides ut sibi ipsis mala succedūt: q̄bus ex causis bella nascūt: Vides multiplicationē iniuriarū. Hoc nimis malū græciā ipsā attriuit opinio. s.

mutuarum iniuriarum: quæ etiam ad propinquos emanauit: infirmitas placabilis furor: immortalis ira: uindictæ desiderium: ignorantia iustitię. Quod si qui iniuriam acceperant: potuissent animum inducere: iniuriam ipsam suis auctoribus maximum malum afferre: quod quidem deterius esset omnibus bellis: de molitione murorum: agri populatione: ac constitutione tyrānidis: nunq̄ profecto græcia ipsa esset tot: ac tantis infortuniis referta. Potideam Atheniēsis oppugnat. sine Lacedæmon: atq; dissimula: huius quādoq; facti p̄nitebit Atheniēsem. Noli cum improbitate imitari: ne et uituperationis particeps euadas. Quod si occasione accepta malueris iudare Plateas: peribit tibi Melus Procuna insula: peribit Egina insula amica: peribit Sycionē sociā Ciuitas. Vnam capiēdo urbem multas euertes. Vt. n. qui diuitias quærunt: ac se mari cōmittunt: maximo interdum scœnore: pecuniam sumūt. Sic etiā qui irę indulgēt: maximis se calamitatū usuris inuoluūt. Ad Atheniensem hoc dico. Sphæcteriā habes: Lacedæmoniis redde quos cepisti: atq; interim dum secunda uteris fortuna: etiam sapientia utere. Qui si audire nolueris: homines quidē retinebis: triremes autem minime tenēbis. Lysander qui in Helleponto secundam expertus fortunam: ex estimationē Sparte maxime auges: moneo Thebanis ut parcas: Non audis? Iugebis paulopost. I. euctricā cladem & infortunium Mantineum: O latentem incerrantemq; iustitiā: ob eam s. causam: Socrates Aristophane equo animo tulit: odium aduersus Melitum minime exercuit: neq; ultus est Anitū. Sed clarissime clamabat. Anitus ac Melitus Socratem de medio tollere possunt: ledere autem non possunt. Neq; n. improbo licet probus detrimentum inferre. Hęc quidem Iustitię uox est: qualē si uniuerfi mortales loquerentur: nullas p̄fecto tragedias: nullas scœnicas fabulas: præterea nō tam multas uariasq; calamitates haberemus. Vt enī inter corporis morbos: qui serpunt contumaciter resistunt sanitati: ac propterea oportet firmum curationis genus adhibere: Vt quod superest tibi saluum fiat. Ita quoq; si uel domū uel ciuitatē lædere iniuria ceperit: inhibere malū oportet: si quidē salutis eius: q̄ adhuc itactū ab iniuria ē: rōnē uolueris habere. Hoc Pelopidas attriuit: hoc idē Heraclidas de medio substulit.

Potidea .V.

Plateę

Melus

Procuna

Aegina

Sicyone

Sphæcteria insula

Dum secunda uteris

fortuna etiam

sapientia utere

Leuctrica calamitas

Mantineę clades

Socrates

Aristophanes

Melitus

Anitus

Nō p̄t improbus probus iniuriam referre

Pelopidas

Heraclidas

Cadmus

alcherimum documentu

hoc progenie Cadmi Persasq; evertit: Macedonas deniq; ac græcos. O perpetuum morbum: qui per multis temporū spatiis uniuersam terram implicuit. Prouchor audacia: ut id etiam superioribus addam: si detur iniuriam iniuria minorem esse: cum qui iniuriam retorquet nequiores esse eo qui prior inferēdi auctor fuit. Ille. n. ignorantia ductus ad inferendam iniuriam accedens: uituperationis rettulit penam. Hic autem iniuriam referens: cum iniuriam hominis factum uoluerit sequi: uituperationem itidem ab eo in se transfert: Vt. n. qui fuliginosū cōplexus nō pōt nō ī mundus abire a complexu: ita & eū qui iniurio homini congruitur / cūq; eo pariter uoluntur in iniuria: necesse est flagitii partem accipere: deq; eiusdem fuligine abire inquinatum. Athletam igitur laudo: qui cum Athleta aqua certandi ratione pariq; uincēdi studio congruitur. Video namq; in utroq; similitudinem naturæ: meditationem cupiditatemq; uincēdi prope parem: Quotiescunq; uero uir probus cum improbo contendit: quod minime ex eadē palestra uterq; progressus est: neq; sub eodem sese exercuit magistro: non eandem didicit artem. non isdem certaminibus inhehitis non eandem coronam appetiuit: neq; eodem est delectatus præconio: Piget eiusmodi pugne inēqualis ē congressionis conditio: necesse prorsus est improbum ab eo stadio certantem discedere uictorē: qui spectatoribus improbis iniquisq; ludicibus / utatur. Probus namq; harum artium rudis atq; ignarus: infidelitatis ueteramentorum dolorumq; omnium inanis existit: minimeq; eiusmodi certaminū peritus a quibus improbitas & uires / & robur haurire consuevit: ita ut deridendum se præbeat: Qui cū neq; natura / neq; arte: neq; etiam moribus: ad iniuriam formatus sit ad eam tamen iuferendam se parat. Dicat hic aliquis: num ideo oportet uirum iustum: contumeliam: calumniam: persecutio nemq; preferre? Num tacitum spoliari substantiis: Num etiam uacere exilium: signominiam: ac mortē subire? Responde sodes ad id quod rogo. Si forte pueri sancita in se lege: consti: utiq; iudicio: grandem natu uirum in republica sua accusent: tum si præuaricari uideatur: statuunt in puerorum cætu: dignitate multari: publicentq; puerilia eius bona: ut talos puta: ut

ut ludricam supellectilem. Quid hunc facere uitum conueniat / an non quæso iudicium illud cum multa / & suffragiis risu maximo aspernari? Hoc modo Soerates Athenienses deridebat. ut puer ^{Socrates} rulos suffragia ferentes / ut iubentes hominem mortalem necari. Sed præter Soeratem ipsum / nemo non bonus ac iustus edat q̄ clarissimum risum: si forte ab iniuriis hominibus uideat studiose se peti putantibus aliquid agere. eū tamen acturi sint nihil. Quod si cum cum ignominia dimittant: edet uocem illam Achilles: Cogito ab iustitia louis honorari. Si diuitiis spoliens: diuitias proiciet: ueluti astragalus / lufuriosq; instrumento spoliatus. Mortem deniq; eo animo subibit: tanq; si ei uel a febre / uel icte lapidis afferretur. nihil propterea interfectoris infensus.

CVTRVM EXISTENTE DIVINATIONE ALIQUID SIT IN NOSTRA POTESTATE. III

VM Medi aduersus græcos exercitum ducerent: Athenienses Deum consulebant. quid factu opus esset / ubi tanta barbarorum ingrueret uis Medorum fulsa equitatu Persicis curribus / scutatis ægyptiis / quam sequerentur funditores Cares. Paphlagones hastati / peltati Thraces: Macedonum grauis armatura / & equitatus thessalicus. Imminente igitur tam graui malo Athenienses Deum consulebant: quo nam maxime modo auerti posset. Is uero respondit. Fieri posse si ciuitatem lignis mœnibus munirent. Sententiam Thæmistocles dicit. Videri tibi nihil aliud quicq; ligneum illum murum / q̄ triemes signare / ceterosq; in sententiam trahit: Quamobrem cuncti migrantes ex urbe intra ligneum Deimurum se receperunt. Sed esto: si Athenienses eo tempore oraculum / pro his rebus adire contemnentis: uirum consulere maluissent / sapientem maximeq; idoneū / tum proprias uires & hostium apparatus expendere / tum de impendentis procella / deq; aduersus eam remedio diiudicare / Is ne contentum fuit / ut in consilio dando Apollinis oraculo minor inuentur? Quem ego haud obscure de ambiguis mœnibus puto fuisse responsum. Sed clarissime potius dicturum: Cedit Athenienses

Iubentes homine mortale necari

Thessalicus equita

Themistocles

lapidibus atq; edificiis barbaro ob eamq; causam cum liberis uestris atq; uniuersa familia cum libertate cum patriis legibus ad mare confugite: ut triribus suscepti uel fugiendo salutem uel pugnando uictoriam quærat. Cur igitur homines consulta hominis negligentes oraculum magis aduertunt? An ideo quod hominum ingenium lubricum est intidum inuidum adulterinumq;? Cuius iudicium nequaquam semper aut constet aut collimet? Cum contra diuina mens secundum excellentiā fida: secundum ueritatem probabilis secundum peritiam a ligno minime aberrat secundum dignitatem extra omnem inuidiam sit. Oracula autē Deorum & ingenia hominum (quibus nimium audacter existimabitur dictum dicendum tamen) cognatione multa iuncta sunt. Neq; est si modo inter se similitudinem aliquam res habent cur aliam rem magis cum quauis comparemus q̄ cum mente diuina uirtutem hominum. Caue itaq; dubites quoniam pacto hoc fiat: ut mens humana cum sue spontis existat diuinitate ne utatur. Quoue etiam illud ut cum diuinitate uera sit: nihilominus aliquid habeat mens humana quod in sua sit potestate constitutum. Similem namq; consideras rem idem petis de eodem dubitas: idem uoluis: eum tamen facile ualeas rem totam ita distinguere. Quod nec deus ipse certus coniector omnium est neq; hominum mens non aliqua interdum assequitur. Sed de humana uis post uiderimus. Tibi uero satis ne persuasum est: diuinam mentem cuncta ordine intelligere? honesta turpia digna indignaq;? Sed parcendum est uerbis ueracitatisq; erga diuina habendus est honos: cum magnificum quiddam sit uniuersa cognoscere: harenarum numerum dimensionem maris absurdq; lebetis elixationem in Lydia. Nemo uidelicet repellitur a Deo: qui pro futurorum certitudine assequenda oraculum petat: idq; conducere mortalibus uideretur: quamuis iustus eo animo petat: ut propterea cupiditatem suā explere possit. Deum censes egregie curiosum satagentem fatuum parum præterea a circumforaneis atiolis: qui ob ois duobus poscentibus quibuscunq; de futuro respondeant differentem: Ego uero ne dum Dei: sed ne boni quidem uiri esse existimo temere ac præter dignitatem rei ad effundendam ueritatē prosilire. Neq; n. p. clari quicq;

prolata ueritas habet: cuius cognitio nequaquam afferat bonum. Iccirco medicus agrotum fallit. Imperator exercitum. Governator nauas: In quæ quæ absurditas est? quando homines sepius me ex intellecta ueritate detrimentum: ex mendacio utilitatem rettulerunt. Si igitur reris diuinationem aliud esse q̄ diuinam inentem ab humana perfectione dumtaxat ac firmitate differentem cense re pariter debes: rationem cum ratione pugnare. Si uero potius tantundem prope discrepant: quantum igneus splendor a solari qui quidem utrobq; splendor est: non ideo q̄ clariorem adamas: propterea minorem spernere ista tua distinctione oportet: uniuersum n. hoc totum: harmoniam quandam existemes uelim: musici cuiusdam instrumenti: cuius sit artifex Deus. Vnde ea inuitū sumēs perq; aerem cōmeans passim terræ mari animantibus ac plantis permiscetur. In quibus eū plurimas disparilescq; naturas inueniat pugnantes eas inuicem conciliat neq; secius componit q̄ suppressa quædam harmonia ubi in multorum incidit chorum: eius solet strepitum comprimere: Quæ uero diuinæ artis uia sit uerbis differere non possum. Ideo quasi simulacrum eius potentia uidebis: si forte inspexeris nauas in terram subduci aut ingentes saxorum moles in pelli. Id. n. non nisi multis uariisq; instrumentorum uersionibus conuersionibusq; effici potest: quorum singulaqueq; singulis quibuscunq; suggerunt uires: atq; inuicē suscipiūt ductum: Cuncta tamē simul uniuersum pondus impellūt. Quo fir. ut in pulsionis causa totius operis sit: Cum tamē opificium totum constet ex particularium collatione machinarū. Hunc igitur opificem fac esse Deum: Machinas uero ratiocinationes humanas: artem dic hominum esse: quæ nos ad fatalem ordinem trahat. Et si clariorem imaginem requiris: Deum dic esse exercitus Ducem militiam uitam militem hominem tesseram fatum arma facultates hostes calamitates fortitudinis præmium uirtutem. Cladem esse flagitia diuinationem autem eam artem: quæ ex apparatu præsentis futura coniciat: Nam & gubernator nauem habens eius cum instrumentum cognoscat si inspexerit mare ueterumq; expenderit uim: euetum ante præuidebit. Dux itidē exercitus cum Castra habeat si militum suorum & hostium exanima

uerit uires ex apparatusu presenti uel cladem uel uictoriam ante cognoscat. Medicus praeterea uidendo aegrotum si genus morbi intelligat & medicinam satis calleat: facile sentiet aegritudinis exitum. Nonne uides multitudinem uatum? quae hi clare quae artificiose coniciant futurum: raroque aberrant a signo? Si igitur quod in potestate nostra est ex seipso tantum penderet: omninoque solutum esset a fato: nulla nobis diuinatione opus eest: cum uero uniuersis rebus mixtum sit: parsque & ipsum non exigua: fatalis sit ordinis: quod subicitur necessitati uaticinium statuatur: quod uel certitudinem uel incertitudinem respicit: ad consultationem pertineat. Ex his habes etiam necessitatis propositum: & diuinatione ipsa: & humana consultatione deprehendi posse. Sed quam ratione utraque uis exitus rerum praesentiet. Sane uel siccitates uel terrae motus uel incendia uel impetus uentorum uel aeris mutationem: haud solus praesentit Deus: sed & homines: qui maxime ad naturam diuinam accedunt. Sic namque Pherecydes famis motum terrae praedixit: Et Hippocrates Thessalis aduentantem pestem. Timaeus Clezomenius defectum solis: atque alius aliud. Deus autem ipse quomodo de his: quae ex potestate hominum pendunt: oraculum profert. Ait enim:

*Pherecydes**Hippocrates**Timaeus*

Ne daemone inuito des operam liberis.
Suscepta enim proles patrem aufert suum.
Hoc quidem cum ediceret Deus: optime nouerat quali homini consilium daret: quae petulanti quae profunde inebrietatem demerso. Idcirco calamitatem praenuntiat: cuius exordium facturus esset Laeus: causam intelligeret Deus:

*Laeus**Croesus*

Croesus halyn penetrans magnam peruertet opum uim:
Quod halyn traiecturus esset: subiecit: profert autem qui esset passurus: si halyn traiceret. Res quippe eiusmodi sunt: ut si earum substuleris complexum: diuinationemque Dei: ab humana mente: disuinxeris: harmoniarum omnium consonantissimam dissoluas. Est enim mundus: qui ex caelo constat: ac terra: quasi communis Deorum atque hominum domus: duorum scilicet horum generum: duae sunt domus: immortalia uehicula. Alterum habent Dii: Deorumque filii: alterum Deorum Interpretes homines: haud humi cubantes: (ut ait Homerus) neque etiam pedibus illotis:

Homerus

sed recti atque animis suspicientes in caelum mentesque in Iouem suspensi. Horum regimen uitae: Dii profecto aliqui sortiti sunt. Dii namque segetum terrae curam gerunt: easque ad salutem tuentur. Caeterum inuisibiles illi sunt: neque arcibus utuntur: aut uulnera unquam acciperunt:

Hic cibum nunquam capiunt: uino uel mellecunt.

Homines uero suspicientes in caelum: quatenus fas est: Iouis lucidam domum intuentur: haud auro (secundum Homerus) exor *Homerus* natam: neque faciferis puellis refulgentem. Verum solis lunaeque caeterorumque huius ordinis astrorum: uigentissimo lumine illustrae. Nonne exercitum uides: ex optimis ducibus: ac necessariis militibus delectum? Huius compositionis ordinem obserua: diuinationem statim uidebis: uirtute agnosces: manifesta que erit utriusque & cura & communitio. Vides praeterea: ut hominum uita: politica quaedam sit: haud satis constans: neque earum una: quas continens habet: Sed potius per similes nauis latissimum pelagus trananti: cuius salutis: haud solus sufficiat Rector: nisi & oportunitas & obsequium uentorum: & instrumenti commoditas: equorumque opituletur natura: Fac igitur rationales animi motus: machinis: ac ministeriis naualibus similes esse. Cum mari & uentis humanam rerum incertitudinem confer: prouidentiam gubernatoris: dicere idem esse: quod diuinationem futuri: non aberrantem a signo. Si uero huiusmodi politica commistio: ratiocinationi tuae repugnat: Platonem audias haec uerba dicentem. Deus in primis: dein fortuna & oportunitas temporis: humana omnia administrant. Verum tamen mitius est: tertiam causam superioribus adicere: eamque esse hominum artem: Sinistra: nam tempestate nulla ne nobis adsit: an potius aliqua gubernandi ars: per magni referre arbitror. Haec mihi uaticinia animum uersant: nec penitus sinunt: uel diuinationem continere: uel ad eam probandam intellectum omnino mancipare. Quomodo igitur: ex animalibus accipitis uitae aues: propter uolandi facultatem: cum pensilibus rebus communicant. Ita hominum uita: conditionis est dubia: Quae partim est ab ingenito libera arbitrio: partim necessitate obstricta. Ut si dicamus uinctum hominem potestatem accepisse: auctores suos sponte sequendi: quae cogitatio eo me ducit.

Plato

ut necessitatem suspicere existere in rebus. Sed tamen eius enū-
ciatio perq̄ difficilis est. Si enim eam denominauero Parcam no-
men rei dixerō quæ humanis opinionibus inerrat. Nam quid ob-
secro parca est? cuius ea naturæ cuiusue substantia?
Num Deus & latum tenet inter numina Oypum?
At nihil a Diis oritur mali: neq; parcarum uel calamitates obue-
niunt hominibus. Nefas est. n. malorum causam referre in Deū.
An magis est hominum Inter mortalis & ipsa?

Elpenor

Mentitur igitur Elpenor dicens.Pessima me demon legit parca.

Agamemnon

Mentitur & Agamemnon dicens.

Ego non sum causa malorum.

Iuppiter at fatumq; & celsorum accola Erimnys.

Vniuersa. n. eiusmodi nomina mortales ad honestandam impro-
bitatem suam confixisse uidentur. in demones in parcas & Erim-
nym flagitiorum causas referentes. Hæc sane in tragediis habeant
locum. nullaq; ibi huiusmodi nominum sit inuidia. Dum tamen
in serio humanæ uitæ spectaculo. futilia hæc & inania non admit-
tes. Erimnys. n. parca demonesq; quæq; alia nomina fatalis causa-
rum ordinis proposita enuntiant. intus habentur in animo: Et Ag-
mēonem interdum exercent. quo tempore græcorum strenuissi-
mum mercede præmii fraudat Elpemonem ad ebrietatē uertūtis.
Thyestem ad inuadendas fratris nuptias incendunt. Edipodem
ad parricidium. Sycophantam ad iudicia. piratas ad mare. Sicarios
ad licā. petulantes ad uoluptatē impellunt. Hinc miseræ hūanæ fon-
tes. malorumq; omnis generis fluxus. Ut ignis fluit ab Ethna ut
ab Ethiopia delabitur pestis: Et ignes quidem defluit in terram.
pestis uero ad Athenienses accedens in eis finem accepit: At im-
probitatis torrentes & innumeri & perennes existunt. Quibus
& oraculis multis & infinitis prope uaticiniis est opus. Quorū
quæ diuinitas fallere unq̄ possit? Nam quis obsecro improbitatē
perfidiam ac petulantiam exitus manet? Hæc eius generis sunt: quæ
Socrates prædicebat Socrates. haud tantum Apollo: qui ob societate artis
Socratem diuinis laudibus extulit.

Elpemo
Thyestes
Oedipus

Socrates

DE QVOMODO DISTINGVATVR AMICVS AB
ADVLATORE. IIII

PRODICVS in fabulis Herculem puberem iam ac uirum Prodicus Prodicus hercul
rilem spiritum gerentem: ducit ad locum: Qui cum in Hercules
duas scinderetur uias: Alterius uirtutem ducem haberet.
uoluptatem alterius harū altera uisa est. Herculi grauis ac deten-
tis aspectus. incessus placidi sermonis concinni mansueti. uultus
simplicissimiq; amictus. Altera luxu superbiens. unguentis deli-
buta. floridas induta clamidulas. impudentis aspectus. inordina-
ti incessus. in composita uocis. Hæc aspiciens Hercules (Ut louis
filium decuit) suo prope ingenio. uoluptati salute multa di-
cta. uirtuti se præbuit ducendum. Age & nos fabulam (si placet)
singamus. Uias duas. optimum uirum. duarumq; uiarum ducto-
res. uirtutis scilicet loco amicum uoluptatis adulatorem reponē-
tes. Hi quoq; iter se differant habitu. aspectu. uestitu. sermone. atq;
incessu. Alter enim per q̄ iucundum aspectui sese offert. Alteri q̄
uerissimum se præbet. Ille subridens. ac porrigens dextram. uirum
hortetur: ut se potius sequatur: quem & laudibus & precibus. &
supplicationibus aggrediens: ingentes quasdam uoluptates enar-
ret. Florentia uidelicet prata. fluentes amnes. cantantes aues. ele-
mentes auras. opacas arbores. planas lemitas. patentes cursus. cō-
sitos ortulos. ac sub nascētia pira. mala. uuis uuas. Hic
contra pauca loquatur. attamen uera maximam scilicet partē uir-
tutis asperam esse. exiguam admodum. facile oportere itaq; qui se stre-
nue ad iter accingat. Ita paratum esse: ut cum fuerit opus. exhau-
riat labores oppositurus. iucro: si quam interim acceperit quietē.
Utroq; igitur contraria loquente. utriusnam magis sermone ille
mouebitur: qualemue ingredietur uiam? Respondeamus fabulæ
huius poeta: si contingat uiatorem hunc. uel miserum illum assy Sardanapalus
rium uel Stratonem phænicem: uel Cyprum Nicoclem. uel Syba Strato
riticum illum esse. minime dubitari oportere. quin ex ductoribus Nicoles
alterum pessime oderit. putetq; cum agrestem in suauem. in elegā-
tēq; esse. Alterum autem ut lepidum. ut benignum. ut omni hu-
manitate conditum amplectatur. Age bellus hic ductor ducen-

dum suscipiat hunc uirum: quonam tandem eum deducet? Nonne aut igne propellet: ut Assyrium illum? aut in egestatem: ut phoenicem precipitem aget? aut in uincula coniciet: ut Cyprium? aut etiam mentita uoluptate deceptum alio uero afficiet damno? Contra si imitator Herculis fuerit: uero illi ductor. (amicum dico) ut Hercules uirtuti se credet: Sed de fabulis satis. Quod circa mutatus sermo: secum ipse consideret: potius quid nam maxime amicum ab adulatore distinguat. Nam cum lapis auro attritus: aurum probet: amicitiae & adulationis quis erit iudex? Num utraq; ex fine probabitur: At huius expectatio finis efficiet: aut ante acceperimus plagam: quam probationem habere possimus. Necessse enim est: iudicium ante praecedere: quam usum incipere. Nam si contingat iudicium praeposterum fieri: qui utendo praueuerit iudicium: si forte cum peniteat uisus: nullam utilitatem ex posteriori iudicio habebit. Vis igitur dolore: ac uoluptate amicum ab adulatore discernamus? Minime profecto. Nam contingit interdum ut & adulator: cum nimium aberrat a fide: molestissimus & grauissimus sit: iucundissimus uero amicus si felicitatis se fecit auctorem: atque haud scio: an ab emolumento ac damno alterutrum iudicemus. In hoc enim & scrupulus inest: Nam & adulator cum infert damnum: aut fortunas: cui adulator euerget: aut uoluptatibus merget. Quorum alterum: quod ad fortunarum pertinet iacturam: leuissimum est malum. Alterum quod uoluptatem inducit: maxime est iucundum. Propter amicitiam uero: multi aut exilii socii fuerunt: aut bonorum amissionem pertulerunt: aut etiam mortem subierunt. Quonam igitur modo amicum ab adulatore distinguemus: si minime uel finis: uel damnum: uel uoluptas: discernere rem potest? Age separatim inspiciamus utrumque. Nunquid amicus is erit: cuius ex consuetudine uoluptas oriatur: aequissimum etenim est: ut si inimicus inferendi doloris auctor sit: ex amico uoluptas criatur: quod tamen abhorret a uero. Nam medicus ille humanissimus iudicatur: qui maxime sit immitis. Ita imperator: qui seuerissimus: ita Gubernator: qui sit maxime cautus. Nonne parentes diligunt liberos: ac discipulos magistros? At quidnam infestius dicas: quam ut liberis patres: aut discipulis magistros? Nam & Vlixes Amator sotiorem: quorum causa multa: ac sua perpeffus est

Vlixes

Dum sotiis reditum in patriam uitamque redemit. Vbi in hominum incidit genus procax: ac uoluptarium: qui serarum more uiuentes: dulcem ructarent lotum. Sic: non uoluptatem designat Homerus: cum cerneret sotos: his hominibus mixtos: eorum luxuria capi: absurditatemque loti degustare: inuitos flentesque diuells: reducit ad nauem. At non ita Eurymachus erga procos se gessit: quos saginatos sues: pinguesque cures cadere: unum impudenter exugere: noctu cum ancillulis misceri: regiam domum abradere: nuptiisque insidias struere permittit. Vis ne paucis uerbis de re tota decernere? Adulatorem sub improbitatis: Amicum sub uirtutis ordine statue: dolorem ac uoluptatem abiciens. Quando nec amicitia uoluptate uacua est: nec doloris adulatio expers. Sed miscetur interdum cum amicitia: scilicet uoluptas: cum adulationibus dolor. Nam & matres: & nutrices: alterae filios diligunt: alterae alumnos. Quae obsequia: illorum uoluptatibus deleruiunt: Nec propterea quod uoluptas intersit: non amare dicuntur. Agamemnon Menelaum hortat. Et laudare omnes: animum & frenare superbum. Agamemnon
Menelaus
Vlixes
Putas ne menelaum ad adulationem in uitet? Vlyses ex naufragio in Pheacum terram euadens: cum exiret nudus: e cubili ludentibus puellis occurrit: In quibus Reginam cognoscens: ipsam assimilat Dianae: post etiam pulcherrimam plantam: Neque ideo audeat quis Vlysem adulationis postulare. quae si ex proposito usu: affectuque animi ab amicitia discernit. Optimus miles & mercennarius: pariter utuntur armis: horum opera nemo ex exercitio manuum expendit: sed potius considerato proposito: usum utriusque distinguit. Alter: non amicitiae deseruiens: salutem pro se intendit: Alter pretio pugnans: quibuscumque se utendum praebet: ille operam sponte pollicetur: Hic uenalis est. Ille per indutias hostibus fidus: Hic amicis etiam infidus. Eodem pariter modo retere debes amicum ab adulatore differre. Ambobus: non accidit sapientius: ut in eisdem negociis congressibusque hominum teneatur: sed eorum differentia: uel ex usu: uel ex fine: uel ex animi cognoscit affectu. Amicus enim quod uere sibi bonum uideatur: illud comit uult esse amico. Ut siue molestum: siue iocundum existat: eo ex aequo pariter uti a se fruatur. Adulator uero propriis cupiditatibus obsequens:

ita se ad congressus hominū parat. ut ex his capet propriū suū. Et Amicus quidem bonū æquabiliter cupit impartiri. Adulator propriis cōmodis studet. Ille ex æquo uitam cum amico secundū uirtutē instituit. Hic maiorem partem secundum uoluptatem ad se uertit. Ille cum amico diuersans pari loquendi libertate delectatur. Hic obsequendo submissus loquitur. Ille in cōmunionē ueritatem depromit. Hic dolos strūit. Ille futuram utilitatē iam serit. Hic presenti contentus est gratia. Illius quidē facta memoriā cōmendanda. Huius autem ueteramenta obliuione dignissima. Ille amici rem ut cōmunem curat. Hic ut alienam deperdit. Amicus amici felicitatem leuiter delibat. ex æquo uero infortunū subit. Adulator infelicitate nequit expleri; infortunū autem ab se abdicat partem. Amicitia laudi. Adulatio uituperationi exposita. Amicorū alteruter dando accipiendūq; uicissim sibi pariter respondet. Adulator penitus claudicat. Quisquis enim alicuius rei egestate detentus obsequitur ei: a quo eam ipsam queat accipere. quatenus ille uotis ipsius non integre respondet: in aequalitatē amicitie prodit. Amicus si pro amico iubeat infortunium uix præsens. Adulator maxime in fortunū sentit: Amicitia probatione confirmatur. Adulatio si ad probationem accedit penitus frāgitur. Amicitia rē pore ualidior fit: Adulatio tempore deprehenditur. Amicitia minime eget ut utilitate firmior fiat: adulatio sine utilitate stare nō potest. Si uero Inter deos atq; homines cōmertium datur: qui deos sobrie colit. amicus est Dei: qui superstitione tenetur adulator est dei. Et sobrius quidem cultor Dei: amicus beatus efficitur. Superstitiosus autem penitus miser. Quemadmodum igitur: qui propria uirtuti confidit. intrepidus accedit ad eos: ita qui ex impuritate deiectus. ob formidinem abiicit spem. Deos ut tyrannos reformadat. Eodem prope inter homines modo. plena ipsi fiduciaq; amicitia est. Contra adulatio & a spe & ab animo delectitur. Tyrāno nemo amicus: Regi nemo adulator. Regnum autem tyranni de diuinis. Et si amicitia æquabilitas est morum: improbitas neq; sibi ipsi conueniet. nec probitati. Probus enim cum probō facile amicitia seruabit. Comparēs enim sunt. Adulator autem quo pacto amicus erit hominis probi? latere enim adu-

latores uirum probum non potest. Improbō autem adulari contentus si adulatorem hunc quoq; hominem nanciscantur. ne huic quidem per diu poterit adulari. Quandoquidem genus hoc hominum pares sibi reponi uices interloquēdum non patitur. Si uero improbus ille adulator non sit. amicus adulanti esse nō poterit. Sed & in re publica. que ex optimatibus constat. plena amicitie est. Popularis status adulatio mera. At qui optimatum administratione populari præstabilior est. Nullus. n. uel Cleon. uel Hyperbolus lacedemōis exercuit. lasciuētis populi adultores scelestissimi. Eupolis in dionysiis Calliam comice lusit. priuatum hoīem adulatorum in conuiuīs prædam. ubi adulationi præmiū propositū erat: Calices scorta. Cætereq; (hoc genus) sordidæ ac seruales uoluptates. At populum Eupolidis dicacitatis spectatorem. quis nam comicus. quo theatro. aut quibus Dionysiis ludetur? populum dico adultores per multos. qui haud uilia præmia. ut sunt oblectationes uentris. ac ueneris: sed perniciem græcæ captarent. Quod si Athenienses adulatoribus pulsus. Pericli ac Niæ obtulerent. perire maluissent: profecto p̄ adulatoribus illis. ductores amicos habuissent. Inspiciamus regna ipsa: Adulatur Mardonius Xerxi. Barbarus Barbaro: Demens Dementi: Lasciuenti dño seruus i. l. l. quænam exitum adulatio habet? Insurgit Asia. uapulat mare: contabulatur Helespontus. effoditur Athos: Quis huius studii exitus? Nimirum clades. ac fuga. & adulatoris cædes ipsius. Sed Macedones adulantur Alexandro. adulationis effectus: Anaxyrides Barbaricæ adorationes. Philippi. Herculis totiusq; argiuæ familiaris obliuio. Quid oportet recensere tyrannidas? ubi enim gētium metus. ac licentia uigent. ac dominatio premit. subiectos: ibi necesse est adulationem florere. & amicitiam penitus obrui. Est etiam in hominum studiis. & in ipsis artibus adultores inspicere. specie quidē persimiles. opere uero dissimiles. Nā & musica ignobilior adulatione homines cæpi: ubi Deres patriā illam. ac montanam musicam linquentes. inter armenta ac pcedum greges clamorum. tybiarum saltationumq; amatores effecti. musicalium cum ipsa degenerem uirtutem reddiderunt. Medicina etiam degener. ad adulationem se transtulit: Cum pri-

Cleon
Hyperbolus
Eupolis
Callias

Periclis
Niæ
Mardonius
Xerxes

Alexander
Philippus

Dores

num homines Esculapii discipulorumque eius: euratione relicta: studia illius artis coquinaria similitudine infecerunt: prauorum sa corporum aduatores nocentissimi. Oratori & Sycophanta adu latur orationem aduersus orationem exacuenstiusto in iustū ho nesto muniens turpe: Sophista denique philosophiæ adulator exi stit. At hic adulatorum omnium multo est pessimus.

VITAM ACTIVAM MELIOREM ESSE CON
TEMPLATIVA. V.

AGNI negotii est perfectam uiuendi rationem inueni
m re. perinde atque hominem perfectū: Adeo omnibus stu diis inopia quædam miscetur: quæ ea non sinit pulchritu dinem illam contingere extremam. Nos uero perfectissimū esse il lum dicimus cui desunt pauciora: Quamobrem uidere rusticos est ob opinionem iucundæ ac floridæ uitæ felicitatem ciuibus in uidere. Vicissim uero qui contiones ac iudicia frequentant et in his auctoritatem obtinent summam propriam conditionem de plorantes & rastros & agellum habere in uotis Audias etiam eos qui militiam sectantur ociosos homines in cælum efferre. Contra ociosos psos admirari militiam Quod si contingat aliquem deo rum his uiris (ut in fabulis mos est scenicis histrionibus fieri) ha bitum conditionis presentis auferre et alterum concedere cupi tum uideas rursus eosdem illos priora requirentes odisse presen tia. Adeo hominis ingenium rem nullam perpetuo probat ac sem per est querulum morosum præterea ac propriis rebus minime contentum. Nam multitudinis cupiditates ac fastidia. quid con siderare est opus: haud quidem magis quam brutorum ipsorum: ipsis succem sere philosophis: uel eos potius misereri oportet: qui propter prudentiam propter industriam uitæ: propter rationis peritiā elati: nullum ad huc contentionibus ac disputationibus inter se ipsos & aduersus alios: terminum statuunt: dum eam uiuendi rationem exquirunt cui se ipsos potissimum committant. Enim uero persimiles ui dentur eorum gubernatorum qui cum se pulchre ad nauigan diam instruxerint: decenti magnitudine nauis: firmo apparatus

x horatio uidentur de sumpta hec omnia

instrumenti nautici copia nauarum ad nutum obsequio: cautiō nibus artis moderato: saburre liberamento: Vbi usus nauigatiōis exposcit: utubant herentque ancipites inquam partem se uertant: multis quidem portibus ante oculos constitutis: quibus omni bus haud tuto te credas. Quamobrem alios omnes cum suis ui tæ professiōibus ualere sinemus: ut est delitiis defluere. Terre sub stinere labores: errare in mari: mercenariam militiam sequi: in cō tionibus strepere: In iudiciis uolitari. Nam ut in certaminibus in spicere est qui imbecillum obtinent corpus & in cōsultis uiribus temere in certamen ob spem uictoriæ descendunt: eos paulo post sub labores deficere. pares uero uirtute præstare. fortiter sustine re certamen ac pro assequenda uictoria ad extremum usque pugna re. Sic etiam certantibus professiōibus uitæ: alias quidem omnes reprobare ac pellere de stadio oportet: Speculatiua uero & actiua: quande quidem studiis inter se oppositis concertare uidentur: in certamen descendant: rationis armis ad pugnandum instructæ: Vtra uero priores dicendi partes iudicibus nobis accipiet. Equidē censuerim eam præponi debere: quæ dicitur actiua: fidentis enim animi est & ad agendum expeditior: assueta: præterea multitu dinis frequentiam ferre cuius ea oratio sit.

IQ VIS inter mortales eam potestatem acceperit: ut quæ admodum uel princeps uel Ciuitatis conditor: alicuius eos qui in hanc uitam descendunt non prius intrare per mittat: quam sedulo singulos quosque percunctetur: quo nam opificio instructi: aut quo negotio freti: publicam rem luuare posse se cre dant. Opinor Ardritectus respondebit: quod lapides arte atque ordine cōnectens: construat septum: ad repellendos æstus atque hyemem: ab habitatoribus eius tutissimum perugium. Textor: quod ex tenui filio subtegmineque adhibita textura: indumenta conficiat: quæ cor poribus hominum tegumenti simul cōmoditatem simul etiam præstent ornamentum Quod carpentarius aratrum alligabit: aut scannum aut aliud quippiam: quod lignaria ars in usum homi num conferre consuevit. Quod uid ærarius faber? daturum se profi rebitur: uel belli uel pacis instrumenta: quacumque solent ex gre fer roue cudi: Quæ præterea eandem ob artē nā & hec recipi debent

par est ad uoluptatem hominum extrui possunt. Pictores ac statuarii dicunt oculorum se delectationibus seruire. Vnguentarii ac dapium structores nobilitatem artificii: saporum atque odorum lactabunt. Denique quisquis Tibiis, canticibus, ludibus, chorisue oblectamenta aurium parit. Et tiam scurræ, præstigiatores, & qui dicendi industriam tenent, fiduciam habebunt utilitatis artis propriæ probandæ. Homero Nirei forma satis oportuna causam prætulit, cur cum etiam in castra reciperet grecorum: Nemini etiam aditus patet ad uitam: qui minime symbolam (ut dicendi mos est) deferat secum: id est facultatem aliquam rei. periuandæ. At hic affert aliquid eorum, quibus homines utuntur, artem alius. Alius uoluptatem: Quæ cum ita se habeant: quam nam operam philosophus afferat: ut non inutilis: neque (ut quidam quedammodo fucus inter apes nobis adueniat. Nam homo cum sit palam est cum idem cum cæteris legibus teneri: & earum pariter operarium esse. Verum scire oportet, quali collatione se ipsum cõmunioni mortalium commendet, aut in quo locandus sit ordine: uin ipsum inter opifices poni, quemadmodum Thychæum inter coquos, ut Mithecum, inter oblectatores hominum. Ut phrymonem inter scurras, ut Philippum inter populi duces, ut Cleonem, an potius cum errorem aliquem sine tribu, areque celebimus. Dices cum minime in munem operis esse. Non tamen satis cognitum habere, cuiusmodi id sit. At ipse declarat, quietem inquit, ago mecumque ipsemet existentia considero & ueritate saturorum. Nimirum beatus appares, qui tantum tibi comparaueris otii: Ut nauem, nequaquam eo propolito inscenderis, ut uices uel gubernatoris uel remigis ageres. Ut ue una cum cæteris nautis concursans, laboranti uecurreres nauis. Quid dura hæc officia narro? quando neque ita expeditus existis: ut uelis tractandis, rudentibus manum apponere, aut saltem remos in tranquillitate cõtingere. Sed potius is sis, qui temere iacens, uectusque peremas nauem, ut incõmodum onus. An putas Ciuitatem minus, egere eorum officio, per quos salutem suam consequi possit? quam nauem in freto. Opinor multo plus opis: terra ipsa desiderat: quam mare: in qua uidelicet pusillum est: quod operam impendit. sarcina autem ferenda per grandis. Ciuitas, n. res est

Homex)

Nireus

Tycheus

Mithecus

Phrymo

Philippus

Cleon

composita penitus, ex cooperantibus ciuibus cunctis. Quæ perinde ac corpus, cuius necessitas multiplex est, ac multiplex obsequium requirit: nisi ab uniuersis simul partibus, obsequium accipiat, salutem suam tueri minus potest. Ferunt pedes, manus ministerium exercent: aspiciunt oculi, audiunt aures. Cæteraque (in quibus immorari oratio non debet) peculiare aliquod officium impendant. Quod si uelit Phryx ille Esopus fabulam cudere. Quod pes infensus reliquo corpori laborem tam grandis sarcinæ ferendæ detrectaret: quantam per diu impositam ante gestasset: & propterea reuocare se ad quietem, atque otium uellet: uel dentes itidem irati essent, quæ cibum molerent, unde tam multa caro aleretur, quare re pudiatõ cõmuni officio, mallent rem propriam curare. Si utrumque simul id fieri contingat: quid nam aliud fabula efficiat, quam totius hominis tabem? Tale igitur malum cõmunioni accidit ciuili. Nam si unus quisque ignauia uendendi, dimissis importationibus ex cõmunionem cõmerti in otium se referat: quid nam prohibeat ciuitatem uniuersam dissolui, destruique. Edificium firmissimum robur ex lapidibus coherentibus inuicem deuictisque ordine cõstat, ac diuissime permanet: Quicquid harmonico huic cõplexui dextraxeris, uniuersum edificium dissoluet. Tu uniuersam mortalium uitam, a coherentibus suis partibus, salutem non putabis accipere? Quærum si quæ se ab negotio auertent, earum nulla habetur ratio: Therites ordinis proprii desertor, moerorem nullum grecis incussit. At Achilles exæstuans ira, dum in tabernaculum abditus, quietem atque otium ageret, citharæque ac cantilenis operam daret: grecorum exercitum, multis imbuit malis. Ita, n. natura est comparatum, ut ex quo presente beneficium capitur, eo uicissim discedente, necessaria iactura sentiat. Quum ob rem: hic qui cõtemplationem ueritatis, atque otium amplectitur: quis nam alius est, quam sapiens uir, ac ualide mentis? Quid igitur. Nun qui gubernandi est peritissimus loco cesserit imperitis. Aut imperio cesserit Imperator illis, qui artis imperatoris sint ignari? Quid uero hoc etiam dignitatis afferre possit: ubi qui ueritatis scientiam habeat, thesaurum inertem in sæcundum infructuosum, uel animo parat, ex quo neque ipse beneficium capiat: neque conferre in quemque possit: Nisi forte auditus est

Aesopus

Nota p̄ fabellam
nemij Agrippæ

Therites

Achilles

pulcher: propterea quod audire possimus / non autem ut per eum
telligentiam consonantiam ac uocis habeamus: uel uisus pulcher: ue
uidere possimus: non ut per eum ad solaris lucis aspectum acceda
mus. Diuitiis praeterea ideo bonae: ut eas habeas depositas humi
otiosum & inutilem thesaurum. Nam quae sit utilitas a scientia: si
feriatus ab actione: scias ad quid utilis sit scientia: Quem fructum
medico suppeditet ars: nisi secundum artis praecipua: sanitatem in
ducatur? Quam utilitatem statuaria Phidias praestet: nisi eam opti
me norit / et ad ebur & ad aurum applicare? Sapiens sane erat &
Nestor: uerum patet sapientiae fructus: In quo consistit exercitus
salus / ciuitatis tranquillitas: obedientia natorum / populi uirtus:
Vlysses sapiens: patet opera eadem terra marique.

Qui mores hominum multorum nouit & urbes:

Qui reditum in patriam sociis uitamque redemit:

Praeter hos sapiens etiam Hercules: haud is qui sibi saperet soli
uerum: qui sapientiam propriam per uniuersam terram ac mare
propagauit. Is enim substulit feras is tyrannos ad sanitatem men
tis redegit. Is homines ex seruitute in libertatem uindicauit: liber
tatem legibus munuit. Iustitiam fundauit. Inuentor legum / Ca
stigator uerborum / Moderator actionum. Is si uitam ab laboribus
abducens eam in quiete atque otio constituere sapientiamque sine ne
gotio sequi maluisset. Hercules loco sophistam haberemus. Ne
moque illum auderet filium Iouis appellare. Nam nec Iuppiter ip
se otium agit: qui si cesset feriatus: cessare etiam cogatur & caelum
ab agendo circuitu. Cesset item nutrire & tellus: fluere amnes: pe
lagus excipere: cessent uicissitudines anni: fertiri munia parca: Ca
nere musae: cessent praeterea hominum uirtutes: Animalium salus
procreatio fructuum. Uniuersus denique orbis ab errore distractus
confusionem simul ac perturbationem incurrat. Iouis negotium
indefessum penitus est: continuu ac uigilantissimum: quod nunquam
aut deficiat: aut etiam ab opere recedat: perennem enim salutem
uniuersis rebus effundit: Idem facere Reges optimos sibi que per
miles monet in somnis.

Non noctem penitus totam decet esse soporum.

Cuius consilio populusque ac multa regantur.

Phidias

Nestor

Hercules

Phidias

Phidias

Hoc qui intueatur philosophus: minime imitabitur Iouem. Her
culem. Reges ac principes probos: sed potius uitam sequetur ho
minis in solitudine nati: unus cetum hominum oderit. Cyclopes
potius uitae quam humanae sectatores: Nam solitarii Cyclopes: cum tri
ticum atque ordeum ab ipsa caperent terra: nunquam tamen uel arbores
seruerunt: uel humum aratione exercuerunt. Verumtamen cum li
berorum mulierumque educandarum curam aliquam gererent: non om
nino negotium aliquod non obibant. Omnino autem extra negotium
esse: ad quem potius quam ad mortuum pertineant. Enim uero sine
negotio uirtute uacuum est: haud turpiter uirtute sequentes: negotio
carebunt. At si uirtus hominis non in uerbis: sed in actione in ip
sa negotiatione communi atque usu politicae uitae consistit: ea ipsa se
quenda homini sunt: quibus uirtute comprehendere possit. Nam
uitium passim capere est: ut ait Boetius poeta.

Virtutem ante ipsam superposuere laborem.

Ni mirum pulcher erit athleta: qui sine sudore coronari contendat.
At uero eum: qui negotium capeffit: uel pericula uel damna uel in
sidiis uel inuidia uel exilium uel nex uel ignominia sequentur. Age
igitur si gubernator naui ea cogitatione deterritus esset: quod nau
gandi negotium lubricum foret: periculis laboribus incertitudi
ne uentis ac tempestatibus refertum. Si eadem per motus Imper
ator incertitudinem bellicae fortunae: quae equalitatem discrimi
nis uoluit utrobique esse communem: proximam uel mortem formi
daret. Quid nam impediatur: quin ex hac ratiocinatione nauigatio
funditus intereat: libertasque dumtaxat in somnis habeatur: uniu
ersa denique hominum uita: minime differat a uermibus: submissione
ignauia ac formidine oppleta. Sardanapali uitam narras Epicuri
uitam effingis: At Cyrum Sardanapalo statuamus aduersum. Assy
rio uidelicet Persam: qui cum possit in otio degere: & in tranquilla
te uiuendi permanere: maluit per laborem ac militiam per toleran
tiam sitis ac famis: per diem ac noctis fatigationem continuam: asserere
in libertate persicum genus. At quem aduersus Epicurum statuemus:
nimirum graeco homini graecos oppido multos. Ex academia
uidelicet Platonem: ex exercitu Xenophontem: Diogenem ex
ponto. Plato igitur unius hominis amici exulis ac minime diuites

Boetius poeta

Epicurus

Cyrus

Sardanapalus

Plato

Xenopho

Diogenes

gratia aduersus magnam ac ualidam tyrannidē stetit. terrestri ac
maritima peregrinatione: eaq; admodū longinqua suscepta. inimi
citiā tyrānū: qui suscipere in se ueritus nō sit. nec uarios casus peri-
cula q; exhorruerit. ne philosophiā proderet morem: Cum tamē
ei licitū esset. in academia contēplationi uacare. ac ueritate saturari.
Xenopho Xenophon inuitatus a Proxeno Apollinis oraculo. hortatu So-
Proxenus cratis mittitur ex multo otio contemplatione q; ad exercitum ip-
Socrates sum exercitusq; imperiū. ad græcorū decem milia salutē. Nam qd
Diogenes oportet recensere Diogenem? qui repudiato proprio otio. peregri-
Nyxes nationē cōtinuā obibat. obcontēplationē humanarū actionū. mi-
nime profecto ignauus præses. ac negligēs. Verū qui *Vlissis* illius
exemplum sequeretur.

Qui si quem inueniat regem. ac uirtute supremum.
Contineat placidis uerbis. atq; adstet eunti.

At si quem media uideat de plebe strepentem.

Hunc seepro impellat.

Sed neq; ab iplo cōtinuit māus. uerū & plagas & negotiū exhibuit
Incutiens fæde terrorem uerbere plagas.

Percutiensq; humeros.

Mitto dicere. q; optimus uir qui in actione ueratur. minime ter-
giuulator. atq; improbis cedens. & se ipsum conseruat. & cæteros
quoq; ad bonam frugem conuertit. cedēs uero & tergiuulator.
temeritatem. insolentiam. audaciamq; improbis accumulatur. & tē
propriam prodit.

Percutiens humeros. quonam fugis improbe. dixit.

Mane. consiste. atq; ictus sustine. minime terere. cum contemptis
simis hostibus negotiū est. ictus qbus ipeteris ianes iunt: Quo
fugis? irruentem nemo te sustinebit. fugientem uero passim oēs
percutient. ut *Aiacem* troiani. ut Athenienses *Socratem*. a quo an-
te cessatū nō est. q; omnino ille deiectus. Quomodo igitur qui in
mediis hostibus ueratur. uiuat securus? Nam quid hostilius
hominum uirtuti: q; improbitas summa? Sub arcem me rece-
pi. *Socrates* ait. cum cernerem cæteros. salo aq; inopia cōsiliū per-
culos. Ostēde *Socrates* turā istā arcē. in qua cōsilles. parupēdā
hostiū ictus: cā ne ais arcem i quam tu te quoq; receperis? *Vlissis*

decem milia
regoru in
exercitu Xeno
ihontis

Xenopho
Proxenus
Socrates
Diogenes
Nyxes

Aiax
Socrates

ictus. Anitos multos. Melitos expugnabilem arcem.

Aniti
Meliti

VITAM CONTEMPLATIVAM MELIOREM ESSE
ACTIVA: VI:

Bi constituto Iudicio retis agitur. nimis utiq; onerosus
u erit is Iudex: qui minime æquabiliter. utriq; dicendi pro-
se locum assignet: In hoc potius tyrānū. q; iudicē se præ-
bens. Nunē itaq; tam & si forensia iudicia. calculis. ac fortuna
gubernentur: qui modus a philosophiā cōsuetudie. abhorret: tū
quia apud hanc quoq; ratio rationē redarguit. amicus. amicū:
questioq; ipsa ueritatē uenatur. ac huiuscæ ueritatis probatio spe-
riem Iudicii gerit: Age demus hodie operam alteri sermoni. defen-
sionis pares capienti. ac propterea sistamus. tanq; iudicibus. merū
naturæ speculatore. qui accusationi respondeat. Accusatio autem
talis. aut talis similis esto. *Anaxagoras Clazomenius*. Clazome-
niis iniuriā facit: qui cum genitus sit in terra. ac ciuitate Clazome-
nia: consors præterea sacrorū. ceremoniarū. legū. educationis. cæ-
terorūq; osum: que ēt reliquis Clazomeniis cōmunia sunt. eos ni-
hilominus. tanq; feras aliquas fugit: neq; se cæteris Clazomeniis.
aut in contionibus. aut in Dionysiis. aut in iudiciis. aut uspiam mi-
scet. uerū q̄tū ad eū attinet: uastitati addicitur ager. solitudo occu-
pat lares: cum apud seipsum solū diuersetur. mirabilem q; philoso-
phiā sursum. ac deorsum uerset ac scrutetur. Et accusatio quidem
ita se habet. Respondet *Anaxagoras* hoc modo. Longe abest uiri
Clazomenii ut iniuriā ego uobis ullam intulerim: quippe qui mi-
hi ipse cōsciū sū: neq; unq; fortunas uestras. peccato aliquo meo.
minores effectas: neq; quantū opera mea fieri potuit. ciuitatem
Clazomeniā. obscuriorē inter cæteros græcos reddidit esse. Præ-
stare etiā me ipsum puto in cōmertiis priuatis. minime uel mole-
stū uel iniquū. legū præterea administrationisq; ciuilibus. a quibus
ornamentū uniuerſa ciuitas capit. minorē ciuibus aliis. rationē nō
habeo. Sequitur ergo. ut qui uobis iniuriā nō facio. si idem ipse.
in cottidianis propriis studiis. in q; eligendo habitu uitæ. iudicio
fallor: absolui penitus debeam ab accusatione. cōmuniter læsæ ci-
d iii

Anaxagoras Clazomenius
fugit Clazomenios ipsi
tanq; feras

ueritatis: uosq; in quo me ipso ac propriis rebus abutor: nō quidē
 accusatorē constituere: Sed potius præceptorē præbere debea-
 tis. Exponā enim uobis integrā causam meā: omni depolito rubo-
 re: q̄q; præclare intelligo: patefacto profito meo: obnoxium subin-
 de me fore: qui a uobis irridear. Ego rei p. uires cōmunionē uiuē
 di claritatē operū usum uiuendi: oīa hæc plurimi i ciuitate fieri de-
 bere: nosse me minime diffiteor: Neq; etiā illud: ea scilicet ipsa in
 quibus constituta summa dignitas est (si quidē pro modo uirtu-
 tis decenter atq; honeste tractentur) magnam utilitatē ei: qui ita
 utatur asserere. Vicissim uero qui illis abutatur: eū & debilitat: e: &
 oīno prosternere: quin neq; eī sinere improbitatē ut suā qualicūq;
 ille existat inquinatus tegere possit. Potestates namq; uiros cōspi-
 cuos efficiunt: Quorū gesta quantū ab honestate desciscunt: an-
 tūde uitia produntur in apertū. Quisquis igitur bona præditus
 mente atq; consilio fuerit: is cum splendore atq; existimationem
 in tuto collocauerit: solidos iā e ciuili facultate percipit fructus.
 Qui uero inops mentis atq; ignarus agrediat̄ ad ea negotia: q̄
 bus ciuilis utitur facultas: Hunc procul dubio oportebit igno-
 ratione artis ac instrumentorū copia grauius labi. Hæc ego mecum
 reputans: contemplationi potius mihi uacandum esse exultauit.
 Verū sicut latere non petero: si indignus ad rem publicā accedēs
 grauius in eā delinq;. Ita neq; uobis esse propterea iniurius putan-
 dus sum: quod a publicis muneribus abstinē. Neq; uero si uisus
 uestro: suscepturus ordinē essem inter eos: qui concinūt in choro
 iniurius habendus sim: si antequā cruditā uocē habere: minime
 uellem me in miscere canētibus. Ea propter haud ita curauit: quē
 admodū uillicū negotiū meū bene se haberet. Cōstitui namq; eā
 uitæ ingredi uia: ex qua sciētia animo adueniens: tam q̄ oculis lux
 reliquū iter tutissimū præstaret. Hæc autē lux in panathenaicis
 (quos dicimus) ludis cōparari nō potest: neq; uia ad eam ferētēs
 nugæ sunt: aut deliramenta uerborū: non uillicæ curationes: nec
 ferentia studia: non popularia cōmertia: Verū amor ueritatis: atq;
 existentū rerū speculatio studiūq; quod huic negotio ipendatur.
 Igitur eū in hanc uia me dederē: ducētibus rationibus parui: inq;
 obsecrandis uestigiis uia cōsiderationē posui summam Res. uaq;

meq; ita se habent. Quod autē ita me gerens optime ac iustissime
 rebus uestris prospicio: rationem in p. sentia asseram. Res. p. con-
 seruari desiderat: non (me Hercule) in eo ut habeat mania firmissi-
 ma: ut integra naualia: nō item ut naues paratam habeant naviga-
 tionē: ut porticus ut luci: ut gymnasia ut phana: ut theatra instau-
 rationibus seruentur: Quibus si uel hostilis iniuria: uel ignis: uel
 aliqua alia calamitas parcat: ea nihilominus tempus absumat: ip-
 sam ego rei p. salutē intelligo consistere in compolito more ciui-
 tatis: atq; eius administratione decora. Quæ quidē nequaquam aliter
 effici possunt: q̄ optimarū legū ministerio. Optimas leges cuiusmodi
 uertitū uirtus. Vtētiū uirtus ab ratione exoritur: ratio ex recitatio-
 ne cōualefcit: exercitacionē perficit: ueritas: ueritas non nisi p. otū:
 quod in ea assequēda ponatur haberi potest. Haud enim aliud in-
 strumentū apparet: quo uirtutē cōprehendere possimus: præterq;
 uerissimā ratio: a qua exacuitur animus & accenditur. Quo fit ut
 accensus ea discat: quæ nunq; alias uiderit: quæ didicerit ea & fide-
 liter custodiat: custoditis utatur: utens nunq; labatur. Hic est pro-
 positus fructus his: qui disciplinæ ludos scho. atq; frequentant:
 qui ueritatē assiduo meditantur: qui rationē arte uenantur: eamq;
 efficiūt ualidā: qui animū instruunt: qui probitatē plurimum exer-
 cent. Aut igitur nihil hæc ad assequēdā p. chritudinē conferūt:
 aut conferunt quidē: non tamē uel disciplina uel exercitacione tra-
 duntur: sed potius casu: temereq; ultro nobis adueniunt: rem pro-
 fecto: quā se quā appelles: grauissimāq; accusatione persequare. Si
 uero nen. o ut q̄ ita insanit: ut id contendere audeat: caute o Cla-
 zomenii credere: q̄ ueritas: ualida ratio: uirtus: scientia legis ac iu-
 stitiæ comprehendī aliter possit: q̄ proprio quodā negotio: quod
 assequendis illis animus ipendat. Neq; (me Hercule) facilius q̄ iu-
 torē optimū fieri eū q̄ nunq; sutoria tractauerit: aut arariū fabriū:
 qui circa caminū: atq; ignē minime assiduus fuerit: aut guberna-
 torē nauticæ artis expertē. Quorū igitur negotium in huiusmo-
 di cura uersatur: tantū abest ut iniuriam uobis inferamus: ut si re-
 pudiatō eo uastitas ac sterilitas quædam animū occupet: eam
 maxime causam: accusationi: & quidem grauissimæ: obnoxii esse
 debeamus. Ab his igitur causis fieri puto: ut nostra hæc iusta sit

mul & uerissima sint: Hæc habui uiri Clazomenii: quæ uobis ad obiecta responderem: de quibus æquū esse existimo: uos nequaquā prępropere calculū ferre: sed potius tātulā interponere moram: donec eorū osium: quæ in mediū attulimus mecū spectatores effecti: propriis ea oculis cōprobare possitis. Vt si quidē in his utilitas aliqua appareat: re ipsa edocti ab accusatione me liberū esse iubeatis. Sin secus uos calculū pro uolūtate animi uestri feretis. Nos uero tūc deniq; serio ac grauius cōsultabimus.

h Ec ita dicente Anaxagora causamq; suā / his rationibus tuente. Clazomenios nihilominus credere par est. ab risu nequaquā temperatos esse: apud quos plus accusatio q̄ Anaxagoras fidei haberet: Nec propterea Anaxagoras ipse minus uera lectus fuerit: tametsi eorū sententiis condemnatur. Sic ubi uero gentium extiterit iudex minime creatus fabrum suffragiis: sed doctrina quæ sola nimirū creandis iudicibus uera cōfert suffragia apud hunc non tanq̄ inuis homo sit / accusatusue iudicio partes suas tuebit: uel Anaxagoras Clazomeniis: uel Heraclitus Ephesi: uel Pythagoras in Samo: uel Democritus Abdera: uel Colophōe Zenophanes: uel Parmēides Eleæ: uel Apolloniæ Diogenes: uel alius quispiam beatorū illorū uiuorum. Sed potius æquissima disputandi persuadendiq; accepta facultate: Apud sapientes sapienter: apud ficos fideliter: apud diuino spiritu afflatus: diuine loquetur: dicetq; animam hominis intres potētiās tria locatres naturas distributam esse a Deo: qui tanq̄ ciuitatem aliquam conderet & ad conuinctū cōgregaret principem ipsum: ac Ciuitatis consulte rem cōstituit: in arce: solumq; illi ratiocinandi munus assignauit. Alteram autē animæ partem: in qua uigor: efficacia & aptitudo quędam inesset perficiendorum consultorum uinculo quodam obsequi: quod explendis mandatis impendere deberet: cum principe ipso: consultoreue coniunxit: ac miscuit. Tertiam deinde partem: quæ iners: quodammodo multitudo dici potest: petulans / sordida / referta cupiditatibus cupidinibus / uoluptatibusq; diuersis. Tertio in ordine ueluti plebem ignauam multiuolam / multis affectionibus obnoxiam / ac furiosam locauit. Hoc igitur modo distributione animæ facta / iustaq;

Anaxagoras
Heraclitus
Pythagoras
Democritus
Zenophanes
Parmēides
Diogenes

uaniuersa simul ea munia obire: quibus regendus est homo: fieri uix potest: quia inter partes ita cōpolitæ altercatio unq̄ oriatur: id ipsum proprie malum: quod ciuitates uexare cōsueuit: Quæ rūq; beatissima est: gubernationē regiam ager: cedentibus nimirū reuicis partibus ei: quæ ad principatū moderandum genita sit. Quæ uero huic felicitate interior: secundaq; est: ea aliquorum potentiam: qui conuinctam pro principe se gerunt. Aristocratiā id est optimatū potentia appellans. Regia quidē deterior est: sed Dimocratia: id est populari potentia melior: firma profecto & in actionibus efficax: constitutaq; instar: uel Lacedæmonia: uel Creticæ: uel Mantineæ: uel Pelleneæ: uel Thessalicę rei publicę: ambitiosa: uide licet: contentiola: altercatoria: curiola: ad agendum parata: confidentiq;. Tertium rei p. genus: spetiosum nomē Dimocratia: id est popularis potentia: accepit. Sed uerius ochlocratia: quod est potentia plebis: dici potest: imitaturq; uel Atheniensium: uel Syracusanorum: uel Milesiorum Rem. p. uel aliam quāpiā: cuius robur in multitudine uigeret: multitudo non eadem sentiret: petulans esset: ex colluuiōe undequaq; cōglobata: inibus igitur rei p. formis constitutis: singularum imagines: intueri in anima hominis est: In qua supremum genus: quod speculationē suscipit: principem: ac ciuitatis cōsultore imitatur: expeditū est a negotio: atq; opere. Secundum genus: cui secundus honor: ac cōmendatio debetur in actione ipsa consistens: dicitur actiuū: Tertium uero genus facile dignoscitur: quemadmodū popularem potentia recitat. Frequenter enī eiuſmodi genus occurrit: uniuersamq; animā depascitur: atq; ideo ualere sinendū: segregandūq; ab optimo est: plam speculationem cum actione conuertere oportet: quæ licet: utraq; pulchritudinē aliquā obtineat: Vtra igitur præstabilior erit? Recipōdet ratio: si utilitate cōsideres: præpones actionem: si causam unde pulchritudo ipsa in actionē descendit: nimirū antereretur speculationem. Nos uero alterā alteri: cedere quodammodo cōciliare studentes: dicemus i distribuentis iupradictis animę potētis: atq; habitu uitæ: cunctos mortales: uel naturæ: uel cęcis: uel fortunæ habere rationē oportere. Natura enim alter ad altero differt. Nam qui minime ualidus: sit ad gerendum negotium: ad obeundam speculationem.

Species .r. p.

Democratia ueri
dicitur ochlocra

SERMO

Homer?

Plato

Dion

Xenopho

Homer?

Vlyxes

Alcinous

Cume)

demptum nactus est animum. Contra qui speculationem non
 luffert: acriter agit: etas etiam differentiam inter homines facit. Iu-
 uentis enim negotium est (ut ait Homerus) & a nobis prebatur.
 Iuuenem omnia decent. philosophus in iuuentute negotium ge-
 rat: oret. Rem. p. capessat militet. speret. Nam Platonis in Sicilia
 cursus. labores. studiaq; propter Dionē suscepta. opera fuerunt ui-
 gestis iuuentutis. Vergens ad senium susceptus ab Academia est.
 ab ocio profundo. ab optimis litteris. ab speculatione minime la-
 bili eius exitus uitae: in uirtutis amplissimo campo conqueuit.
 Amo Xenophontis iuuentutē in opere. senectutē in litteris uer-
 sari. Differt praeterea. quis secundū fortunā: quae aliū potestate atq;
 actionibus sepsit. aliū ad otium quieteq; lenissimā. Quorū altere
 laudo: qui cū necessitas postulat uirū se gerat. Alterū haud tantū
 laudo. sed censeo beatū: licet beatū. q; otio fruatur. laudandum
 uero ob notitiam rerū. Sed & eū q; ex Europa nauigauit in Asia:
 ut Egyptiā terrā spectaret: ut uideret ostia Nili. Pyramides excel-
 sas. aues peregrinas. bouē. hircūq;: ob earū rerū spectaculū celsu-
 rim beatū: et si accesserit ad Istrū. si uiderit Gangē. si propriis o-
 culis Babylonē: si Sardiū amnes. si Ilentia sepulchra: si ora hellepo-
 ticam inspexerit. Sic & ab Asia classes in graciā transmittunt. uel
 ad Atticas artes. uel ad animositatē Thebanorū. uel ad Argiuorū
 regionē peruidendā: Homero uisus est sapiēs Vlyxes. propter lō-
 gitudinē erroris.
 Qui mores hoīum multorū uidit & urbes.
Vlyssis spectacula Thraces fuerunt. Cicones feri. Cimmerū solis
 expertes. Cyclopes perigrinorū occifores. uenefica mulier. Inferni
 spectacula. Scylla. Charibdis. Alcioni hortus. Eumei stabulum.
 mortalia oīa. momentaria omnia. a fide abhorrentia oīa. At philo-
 sphi spectaculū. scin: cui maxime simile duco? in somnio nimitū
 manifesto. ac circūquaq; uolitant: cuius integro corpore manēt:
 aiūs tamē in uniuersam terrā excurrit: Ex terra effertur in caelū:
 uniuersum mare pertransit: uniuersum puolitat aerē: terrā ambit
 cum Sole. cum luna circūfertur. Caeterorū astrorū iungitur cho-
 ro: minimūq; abest: quin una cum loue cuncta: gubernet: atq; or-
 diet. Operariationē beatā: oīa spectacula pulchra: oīa ilōnia uerissima.

SEPTIMVS.

XXIII

VTRVM RECTE PLATO DE CIVITATE SUA
 EXPVLERIT HOMERVM: VII.

YRACVSANVS olim sophista. pfectus est Spartā:
 minime quidē paratus elegantiam orationis Prodicī red-
 dere. uel Hippiā uaniloquentiam. uel rhetoricē Gorgiā
 uel uiolentā Thrasymachi. uel aliū quāpiam: qui eloquutionis ne-
 gotiū tractaret: At huius sophistae studium eo tendebat: ut confi-
 ceret opus: quod uoluptatem haberet. una cū utilitate ipsa tempe-
 ratā: Quippe qui cōcinnandis dapibus. ita operam daret: ut escas
 acceptas. ratione cōlimentorum temperamento. uarietateq; atq;
 ignis ministerio uescitibus iucunditatem prēbentes. meliores
 multo q; pro natura propria efficeret. Quāobrem clarus habeba-
 batur Mithecus apud grēcos: atq; adeo in cōstruendis dapibus
 clarus: ut eam dignitatem. quam Phydias a sculptura sumpsisset
 exequaret. Accessit autē Mithecus ad Spartanos: quo tempore i
 principe ciuitate exercentes imperium. generose admodum do-
 minabantur. consequi sperās. ut ars sua propter quā clarus apud
 caeteros eēt. apud Spartanos quoq; existimationē acciperet. Quod
 tamen contra cecidit. Nam Lacedemoniorum magistratus homi-
 nem uocantes. illico migrare eum e. Sparta in aliā terram. atq; ad
 alios homines iusserunt: Cum dicerēt ita assuetos Lacedemonios
 esse: ut eis potius labor: q; lenocinium dapium edendi desiderium
 exeret: quippe qui in curandis corporibus. nullis illecebris. sed
 potius simplicitate uictus utentes. ea nihilominus. q; Leones a co-
 quinariis blandimentis libera haberent. Itaq; in eum locū abiret:
 ubi coquinariae habitus honos. ob uoluptatem atq; uti itatē: iure
 artifices etiam seos cōmendaret. Quo circa decedens Mithecus
 e Sparta. secūq; artē suā exportās. non propterea minus libenter
 exceptus est a caeteris grācis: qui indulgentes uoluptati: complexi
 hominem sunt: nequaquā eum Lacedemoniorū exemplo. a quibus
 inhonoratus abisset. contemntes. Utamur & imaginibus aliis.
 si expedire uideretur ad presentem struendū sermonē. arte prestabi-
 lioribus Mitheci. Thebani tibiariū studiū habēt: estq; uniuersae
Boetiae uernacula musica: q; modulatiōe tibiae delectat. Atheniēse

Prodicus elegans
 Hippias uaniloquus
 Gorgias rhetoricus
 Thrasymachus uiolētus

Mithecus
 Phydias

De Mitheco cog
 nota

Tibi in honore ap
 thebano

diuersi usus apud diuersas
gentes

rei genus nauis

Plato

eloquentiā exercēt: quorū solertia nihil aliud spectat. q̄ oratoriē eul-
tū: institutiōes creticae ī uenatōibus. ī mōtāis itēribus ī iaculādo-
currendoq; consistunt. Thessalicae in equitandi peritia habēda. Cy-
reni agitant currus. Etoli grassant: iaculantur. Aearnanes: Thra-
ces in utendis bene peltis. operam ponunt. Nauigant īsulani: Et
si multarum nationum disciplinās. ad alias nationes trāsferre uo-
lueris. labefactaueris artes. Nam quid mediterrāneo cū nauibus?
Quid musicae inexperto opus est tibiis? Quid mōtanis opus
est equis? Quid cursu circis incolentibus plana? Quid arcū
grauis armatura requirat? Quid sagittarius scutum? Si igitur
uariā gentes peculiaribus artibus gaudent: quā uel quadrāt utē-
tium ingeniis. uel earum ab initio amor etiam genuit studiū. Neq;
res per se quēlibet omnibus iccirco uel est in pretio. uel contem-
nitur: propterea quod quibusdam. sed ex utentium cōmodo pro-
batur. ac placet. Quid phibet pulchrā huius rei. p. ciues: quos
instituens Plato legibus nouis. diuersisq; a ceterarum gentium
moribus. degere iussit: rationē aliam sequi. eosq; domesticis qui-
busdam ac legitimis studiis teneri? Quā teneris inoleſcentia in-
geniis. pro utentium usu existimationē sumpserunt. Neq; tamen
apud alios probantur: propterea q̄ minime cū suis moribus con-
ueniant. Nam si ciuitatem cum ciuitate: Ciuilem institutionem. cū
institutione ciuili. leges cū legibus. Educationem cum educatio-
ne cōferamus: Nimirum rationē aliquam habebimus. inquisitio-
nis huius nostrae ducendae. per quam propositi orum cōparatione
inducta singulorū defectus teneamus. Sin uero ex quodam uni-
 tus minime spiret a tergo: ac nauē uero cursu defraudet: tranquillo
 maris allapsu delati ad desertissima littora difficileq; cautes appel-
 lūtur. Sic ēt fit ut q̄ sese huic luauitati semel crediderint: in primis
 ignorantia latenter incurrat: tū uoluptatis studio ad uisiora litto-
 ribus cūctis loca: ferant: durisq; cautibus duriora: ipsi suū amplectē-
 tes errorē oblectamēteq; aīe cōgaudentes. Quā qdē in re febrētū
 bus sūt p̄ similes: qui cōtra medicinā legē potui ac cibo indulgen-
 tes malū malo iducunt: aegritudinēq; exaggerātes eligūt potius si-
 bi ipsis obsequēdo morbū cōtrahere: q̄ cū dolore sanitatē cōparare.
 Nō defuerūt tñ medici: q̄ uel modicā aliquā uoluptatē dolori cura-
 tionis admiserint. Qui uero uoluptatē & omnigenā uoluptatē
 egrotis indulgetis neq; Esculapius ē neq; Esculapii discipulus: sed
 potius coquorū imitatur artificiu: neq; maiorem aēstimat onē mere-
 tur impudēs sermo q̄ lenociniū uentris: a quo si utilitatē depuleris
 oblectamentis tantū relictis: scias te decreto tuo orationē eiusmo-
 di re: ac nomine petulantie parē intēperantieq; efficere: quibus ui-
 tiis uniuersa subditur turpitudine: quęcunq; solet per sensus aīum in-
 uadere comitate uoluptate. Sed sināus huinse. modi coquos com-
 messationibus seruire: esseq; & Veneris: & aurium ministros impu-
 gos: nos sermonem quęre decet rectura creptumq; clarissime cla-

mantem secumq; animum nostrum altius terra terrenisq; illis affe-
 ctibus extollentē: In quibus uoluptas: cupiditas: ambitio: amor: ira
 cundia: dolor: temulentiaq; uersantur. Quibus oībus meliorē esse
 oportet: q̄ sit futurus philosophici sermonis uerus rhetor: haud
 ignauus: haud infractus: haud fucatus: haud iudiciis tantū: atq; an-
 cipitibus curis paratus. Verum ubiq; cuiuslibet negotiū discusso:
 peritus: incōtionibus uideli: et sapiens cōsultor: in iudiciis æquus:
 incōuentibus hominum prudens certator: In erudiendo p̄ceptor
 exactus: qui nō de Themistocle tñ nequaq; amplius in rebus hu-
 manis existente: neq; inter cōtemporaneos Themistoclis Atheniē-
 ses declamet. Non de strenuo quopiam faniter fingat argumentū:
 neq; ēt is q̄ mechus ipse aduersus mechos: contumeliosus ipse ad
 uersus cōtumeliosos oret. Carere. s. illū oportet affectionibus hu-
 iusmodi. Siqdem delictorū cunctorū futurus est uerus castigato.
 Talem esse oportet q̄ in optima lucta loquēdi suscipit certamen: in-
 structus ueris: minimiq; blādentibus uerbis sane exercitatus: po-
 tēs mō suauibus mō ēt terroris ui: proximū quēq; ad se trahere:
 Et si ad illiciū animorū hmōi studio adicere aliquantulam uolupta-
 tē oportet: plane uoluptatē ipse quoq; admiserim: dū tñ non egre-
 diatur terminos harmonie tubarū instructas excitantiū acies. Ea si
 eiusmodi fuerit suauitate animū impellet: tali nobis uoluptate est
 opus: quę magnitudinē suam cōseruans: nihil secū afferat pudēdi.
 Hęc ego uoluptatē req̄ro: quā uirtus minime repellat: sed potius se-
 cū ueluti pedisequā ducat. Necessario. n. quodcūq; natura pulchrū
 est: adiunctas habeat & gratias & uenustatē / & desideriu: et dele-
 ctationis numeros oīs. Ita cęlum nō modo pulchrū: bonūq; est:
 sed rex oīum: q̄ spectantē ē iucūditissimū. Sic mare nauigabile: Sic se-
 getes fructiferę: Sic arboriferi colles: Sic florida prata: Sic fluentia
 hominibus placēt. Gratissimus erat situētibus Achilles. Quid n̄
 non tñ ob cęlariē flauā: nā & erat pariter comatus Euphorbus: ue-
 rū ideo Achillis pulcritudo fauorem sibi conciliabat: q̄ erat illustra-
 ta uirtute: gratus quoq; uisu inter fluuios Nilus: nequaquam ob
 affluentiam aquarum: id enim prestare potest & Ister: At Ister
 infecundus est: fecūditissimus Nilus: ideoq; Nilus aspectū oblectat:
 Neq; n. ausim pretermissa Dei uirtute: laudē illi solius tribuerit

Themistoclis

Euphorbus
Achillis

Comati

Nilus
Ister

SERMO

Phidias uoluptatis. Phidias quoque statuas uoluptatē praeferre sic sentio: ut
Homerus artē maxie laudē: Ex Homeri cantu uoluptatē percipio: at est alia
digniorque causa: cur cum admirer ipsum quoque Herculē expertem
fuisse uoluptatis: eamque ingustatam reliquisse nō credo: neque Prodi
Prodius eo fidem prorsus habendā puto: sed uiri uoluptates: quod nā aliud
officiū praeferant: praeterquam solatia laboribus: minime quā a corpore
sensuue: quae sita: sed natia: atque interius edita: Cōsuescente. n. aīo de
lectationē suscipere ob facinora pulchra: cōsuescit & sermo. Sic ga
Socrates uisus est Hercules igneā pyrā cōscendens. Ita & Socrates in uincu
lis manens: ac legi obediens. Cōparemus calicem illū Socratis: cū
Alcibiades Alcibiadis calicē: uter eorum dulcius bibit? uinū ne Alcibiades: an So
crates uenenum:

QUOD INTENDAT HOMERVS SER. XVI.

Homerus IBET Homeri ipsius exemplo pntem huic sermōi
I Deorum aliquem uel suam illā Calliopē inuocare.
Dic mihi musa uirū mores qui uidit & urbes

Multorum. Haudtū ita peruagatū: qui inhospitalē terram peruaserit:
Arduū fretū pertransiuerit: cū hominibus feris tulerit cōgressus.
Cōmentitia hęc oīa fuerunt: sed quae expedito animo usus: quali leui
quodā uehiculo magisque: quae corpus ipsum sit ad peregrinandū ido
neo: in oēm partem uagabatur: naturaque considerauit uniuersam:
quot uidelicet motus sūt celi: quales affectiones terrae: Deorum cōsilia ho
minū naturas: solis splendorē: siderum choros: Aiantium genituras: allu
uiones maris: amniū hostia: aeris mutationes: ciuilia domestica bel
lica: pacifica nuptialia: rustica: equestria: nautica: diuersas artes: uarias
uoces: multiplices species: dolentium: gestientium: lugentium: ridentium pu
gnantium: irascentium: comessantium: nauigantium. Quo fit ut cū locus hic
Homeri cōmemorationē exposcat: neque ego ad eius uiri laudationē
mihi ipsi uideat sufficere: de carminibus suis mutuandā esse orōnē
censeā: ne tenuitas proprii sermonis: tantū uiri laudē: quoquomo
do dehonestet ac corrumpat:

Prima tibi ante omnes laus hęc debetur Homere:

Seu te musa louis docuit: seu pulcher Apollo.

Musarū uero atque Apollinis praecepta ab ipsis usque primordiis repe

DECIMVS SEXTVS XLVII

tita nihil aliud censere fas est: quā quibus ornatur: atque excolitur ani
mus. Id autē quod est aliud quam philosophia ipsa? Porro philosophiā quā
nā aliud esse arbitramur: quam diuinarū atque humanarū rerū exactam
aliquā sciētiam: quae uel uirtutes: uel ratiocinationes pulchras cō
sentiētissime: uitae: ac studiorū cōmodorum dispenset: huius sciētiae
sūma (cū interim diuersos habitus gerat) haud iniucūdis discipli
nis legentium animos tractat: Quorum alii quādam ea: quae apud illum
leguntur: quasi expiationes misteriaque appellant: alii fabulas: alii ue
ro musicen: alii diuinationē. Cūque horū oīum cōmune propositū
sit animū iuuare: priuata tamen cuiuslibet ratio: peculiarē aliquē habi
tum accepit. Verū ita posteriora tēpora tulerunt: ut audentiores
effecti: homines affluentia doctrinae: discussis rationis inuolueris:
philosophiā perdidit nudā ac uulgatā: quae usque adeo ob nimiam
familiaritatem: cū ceteris hominū obuiuit: ut solū pulchri opis no
men miseris interim: ac sophisticis quibusdam argumētatōibus iner
ret. Proinde eo deuentū est: ut Homeri ac Hesiodi carmina: uniuersae
saque illa antiqua ac diuinitus afflata musa: merarū fabularū argu
menta reputetur: quarū uel historia tamen: uel carminū lepor: uel flo
rida harmonia homines capit: pinde ac tibiage: uel fidiū quaedā mo
dulatio. Pulchritudo autē uera cōtēnit: plebiscitoque diuinitate explo
ditur. Quo fit ut Homerus ille hominū generis princeps: philoso
phia prorsus abdicetur. Ex quo. n. ab Thracia: ac Cilicia sophisticarū
argumētationes Graeciā subinualere. Epicuri propterea Atomus He
racliti ignis: Thaletis aqua: Anaximenes spiritus: Empedoclis cōte
tio: Diogenis doliū: ac multitudo illa philosophantium castrorū ad
uersas inuicē acies ordinare: ac cōmittere ceperunt: uerbis ac susur
ris oppleta sūt oīa. Sophistarū incurstantium sophisticas: opis autē mira
solitudo: bonūque illud celebratū tātope: pro quo uariis sententiis graeci
disputant: ac disceptant: cōsiderat nemo. Cū tamen illa uetusta philosophia
diuinitate quae adhuc Homeri poeticae loque ē princeps: graecos uiros legi
timosque aluerit: atque erudierit philosophiae alūnos. Eius namque alum
nus est Plato: qui quamuis praepceptorem abneget: ego nihil homi
nus & signa intueor: & semina cognosco:
Sic oculos: sic ille manus: sic ora ferebat:
Hęc fuit effigies uultus ea forma comarum:

Homerus
Hesiodus

Ab Thracia & Cilicia
sophisticarū argumētationes
Graeciā inuualere: nota

Epicurus
Heraclitus
Thales
Anaximenes
Empedocles
Diogenes
Homerus
Plato

Plato alum
nus home

Qua ob rem ausim affirmare non tam similem Socrati Platonem esse quam Homero: quis Homerus fugiat Plato: quis Socrates sectetur nec tamen id nunc ago ut Platonis uoces cum Homeri uocibus: nomina nominibus: uerbis uerba conformem. Tamen illa ex eadem officina atque harmonia defluerunt: quemadmodum Meotis ex Oceano ex Meotide Pontus ex Ponto Hellepontus Pelagus ex Helleponto. Sed potius utriusque considerans mentem cognationem inter eos agnosco: uerum de hoc alio itere loco a me dicitur. Nunc tamen orationem resumamus ad inspiciendam mentem Homeri: proque eius dignitate loqui studeamus. Videtur sane Homerus diuinissimam naturam accepisse aptissimum iudicium: peritiisque multiplicium morum consuetudine formatam: quae eo consilio ad philosophiam accesserit. Ut etiam ex harmonia quadam runc maxime uigenti communem graecis omnibus faceret. Ea harmonia poetice est: quam nec Ioniam tamen: neque mere Dericam aut Atticam uoluit esse: sed potius uniuersae graeciae communem. Quippe quae cunctorum graeciae populorum institutioni prospiciens: uocabula mixtim omnia graecorum collegit: hisque ad effigiendam poeticam consulis effecit: ut blanda simul intelligibilia iucundaque omnibus existerent. Porro cum animo uolueret paucos sapienter mortales: multitudinem uero populari gubernatore appetere: neutri generum horum separatim poeticam suam construxit: quemadmodum Hesiodus: qui seorsum Heroum genera incipiens a mulieribus: narravit: ut quaeque a ordine aditus fuerit. Seorsum quoque diuinos composuit sermones & cum sermonibus genituras Deorum coniunxit. Separatim itere composuit: quae ad uitam hominum conducibilia putauit: opera scilicet quibus ce-
 rupari homines deberent: diesque quibus ea agi oporteret. Homerica uero longe aliter se habens: nam neque is singula pertractat: neque tamen ita omnia simul omnibus commiscet: ut diiudicari distinctio non possit. Verum illuc eius uidetur ratio spectare: ut uniuersa orationis fabularum habitum gerat. Quae uero Troiana gesta: Ulyssisque labores enarrauit: qui bustum manifesta theologia: ciuiles mores: uirtutes ac flagitia hominum affectiones: infortunia: felicitates permiscetur. Tamen si singula proprium habeant subiectum: sitque prope eiusmodi res: ueluti si cogitatione capere possis: esse organum aliquod: quod uniuersam harmoniam uocum diuersarum cunctis aliis uocibus consentientium comprehendat: sed potius alio modo similitudinem reddamus. Vidisse te putato: qui co-

plura multimodaque musica instrumenta collegerit: ut est tybia: ut sive nerui: chori que concentus: quibus adiuncta fuerit uel tuba uel fistula: uel aliae quaedam instrumentorum ac nominum species. Horum singula & si propriam artem respiciunt: ita tamen mutuo sibi inuicem ordinem respondent. Ut commune in aliquam proficerent musam. Et ut summatius loquar: eiusmodi est poesis Homerica: cuiusmodi fuerit uel Polignoti uel Zeulidis pictura: siquidem cogites hosce pictores: philosophos fuisse: minimeque temere exercuisse picturam. Quorum duplex negotium fuit: alterum quidem quod ab arte: alterum quod a uirtute dependet. Ex arte est ut figurae ac corpora ueritatis effigiem seruent: ex uirtute autem ut linearum decora dispositio imitationem pulchritudinis reddat. Eodem fere modo uelim Homerica consideres: in quibus duplex pariter negotium apparet. Id namque quod poeticam spectat: fabulae effigiem intendit: quod philosophiam respicit: id ad amorem uirtutis ac ueritatis cognitionem: penitus fertur. Inducitur statim ab Homero thessalus: ac regius uir Achilles: uidelicet & Agamemnon: Agamemnon quidem ab ira ad contumeliam impulsus. Achilles uero indigne habitus: agitur furore. Hoc quid est aliud quam imago quaedam affectus iuuentutis ac licentiae? Oppone utrique Nestorem: longeuum consultissimum disertumque. Inducitur in alio loco Thersites: facie deformis: immoderate dicacitatis: ingenii minime ordinati: imago uidelicet populi impudens: aduersus hunc statue uirum bonum peritissimumque ductorem incedentem. Ut si quem inueniat regem ac uirtutem supremum: Hunc teneat placidis uerbis: atque adstet eunti. At si quem inueniat: media de plebe strepentem: Hunc sceptro impellat. Num tibi non idem facere Socrates uidetur? Qui uisus egregiosque uiros: placidis sermonibus honorifice pertractat: atque accipit: Timem scilicet Parmenidem: aut alium hospitem regium. At si quem uideat media de plebe strepentem: Hunc quidem sermonibus impellit Thrasimachum: puta Polum Calliclem: uel alium quempiam audacem: atque aculeatis sermonibus utentem. Reuertamur iterum ad Homerum: & ad eos quos ipse barbaros enarrat. Hic etiam uideas uirtutem cum flagitio pugnare: Videas

Meotis ex oceano

Hesiodus

terome opus
hesiodi

heogonia opus hesiodi

Ulysses

Polygnotus

Zeuxis

Achilles

Agamemnon

Nestor

Thersites

Socrates

Timaeus

Socrates

Parmenides

Thrasymachus

Polus

Callicles

SERMO

Alexander
Hector

quod Alexandrum proteruum, Hectorem modestum, meticulosum Alexandrum
Hectorem forte. Et si alterutrius nuptias expere uolueris: alterius
quod amade: ac sequede: alterius oino miserabiles. Hec sane execra
biles, illae laudabiles: haec adulterinae, illae legitinae. Considera
praeterea ut alias quoque uirtutes singulis uiris attribuerit: ut
cum fortitudinem assignat, Aiace, Ulyssi solertiam, Diomedei co
fidentiam. Consilium optimu Nestori: qui quidem probe uite atque
absolutae uirtutis imaginem effingit. Quamobrem ei dimidium
egregiorum illorum facinorum acceptum referet. Et haec quidem
(ut collectim loquar) breuia quaedam uestigia sunt longissime ra
tionis indaganda. Quod si pauca de natura Deorum afferre oportet
ut uideamus quid de his Homerus sentiat: reliqua item cum uno
Platonis sensu: ceu cum imagine quadam comparare poterimus:

Plato

seruata ea consuetudine: quae antiqua cum recentioribus confert.
Quandoquidem haec potissimum ratione decernendum est: sane ma
gnus Iuppiter in caelo: hoc totidem uerbis loquitur Plato: uelut
apud ipsum Iupiter alato curru. Decurramque omnium ductor existit.
Apud Homerum uero Iuppiter imperatoriam potestatem exercet.
Nemo meos iussus Deus ac Dea rumpere tentet:
Sed potius probet ut confestim facta sequantur.
Post haec iungitur currus equique decurrunt
Alitibus similes aurato & crine comantes.
Iungit etiam Neptunus currum in mari
Incubuit caeteris circum exultantibus undis.
Habet & Pluto apud Homerum tertiam regni sortem. Nam apud
Homerum trifariam cuncta sunt distributa. Neptunus quidem sorti
tus est incanum mare habitare semper. Pluto autem sortitus est te
nebras caliginosas. Iuppiter uero caelum.
Aequor enim incanum Neptuno obuenit: & ipsas
Ditis habet tenebras: at caelum Iuppiter altum:
O, aequam atque philosophicam distributionem. Inuenire etiam po
tes apud eum alia principia genituraeque diuersorum nominum quae
quidem fatuis lectoribus fabularum sunt instar. At ea philosophus
intelligit ad rem seriam spectare. Inuenias etenim principium uirtu
tis quod Minerva nominatur: caque in laboribus cunctis uirtutis as

DECIMVS SEXTVS 11

sume alumnis. Inuenias principium amoris: sed huius causa refertur
in uenerem. Cesti enim potens desideria subgerit hominibus: est
& principium artis: cuius causam Vulcanus habet: qui in igne ha
bens imperium communit artem: Apud Homerum praeterea Apol
lo ductor est chori: Musa ductrix est cantus: belli ductor est Mars.
Acolus uentorum rex. Oceanus annuum princeps. In fructus Ce
res habet imperium. Adeo pars nulla apud eum aut numine uacat
aut principem non habet: aut principio caret. Verum referta sunt
omnia nominibus diuinis rationibus diuinis: arte diuina. Vis ne co
siderationem ad elementa transferre: ut inuicem pugnent? Horum
pugnam inspicies in campo troiano: haud troianorum ac grecorum
ipsorum uicissim cedentium caeterorum ue: cum interea humus san
guine irrigua esset: sed ignis ac fluminis pugnam: tumescere uide
licet amae clarissimisque ac continuis undis assurgente. Igne contra
uortices undarum obnixae impetente urente interim comas ac flu
minis ornatum: salices uidelicet myricas lotum uluas: uerente de
mum quidquid fert amnis: cunctaque animantia aquatica.
Torquentur pariter fluuiali uortice lenes
Anguillae: saliensque undis huc piscis & illuc.
Cumque bellantes nullam sibi inuicem haberent fidem: interuenit
Iuno: federibusque inter partes sancitis: praedium dirimit: elementaque
ipsa conciliat. Sed missas faciamus significationes occultas: consi
deremus ea quae nostra sunt: & quae ad homines pertinent. Eiusmodi
est apud Homerum politia: ut neque in Piraeo confecta: neque in Creta
alegibus formata sit: sed potius sub Heroico praetextu: per institutio
nem heroicam demonstrata: a philosopho sit. In ea sunt principes ipsa
quidem existentes: in opere deliberantes strenui propugnatores: sa
piens mulier resistens petulantibus iuuenibus: iustus rex errantis
hospitis susceptor. Vir prudens summo ingenio infortunia uaria de
pellens. Pergo demonstrare politias praeterea alias fabricationibus
aduersis excultas: Eas Homerus uerbis: Vulcanus uero iaurum excul
psit. In altera cantus chori: apparent Reges iudicantes: asseclae po
puli uisuntur.
Ast alibi angunt urbem duo castra uitorum.
Rem non credis: at rationibus ueris acceptis: abiguitate discuties

Hæ uidelicet sunt insulanę ciuitates: altera Pheacum Itacensium altera: In altera uerecundia i altera regnat petulantia: Altera habet legitimos reges altera ipudentissimos procos. Hi quidem ingredientem Regem perinde ac aliquem Deum intuentur: Illi regio thalamo insidias tendunt. Exitus uero quis est propositus utrisq;? Ni mirum hos perpetua habet delectatio iucunda uita perigrinorū hospitalitas maritimæ classes terræ fuctus pernitias illos ipsis uoluptatibus ingruens. Qui quidem exitus coutumeliosam improbitatē atq; incastigatam licentiam protinus manet. Ipsum nō uides Mlysem: ut cum uariis calamitatibus negotium gerens arte ac uirtute cōfidentia præterea a uirtute suscepta superior euadit? Hæc nimirū illud est moly: quo tantā Cireen est usus. Illud est uelum quod naufragus pectori suo apposuit. Hæc cum a Polyphemi manibus liberauit: hæc reduxit ab inferis: hæc ratem compegit: Alcionum demulsi procorum substinuit ictus luctantem: Ium petulantia Melanthii Eadem quoq; larem proprium liberat: ulciscitur thalami insidias: Deniq; facit eum Iouę genitum uideri ipsiq; assimilat Diis: qualem haberi uult Plato cum: qui beatissimus sit.

CAN IPSA VIRTUS SIT ARS. XVII

CQ VIS philosophum audiat dicentem uirtutem ab arte differre? uix enim aliud qcquam artem dixeris si quidem nō sit uirtus: nisi forte aut aratrum aut clypeum aut nauem aut murum opus esse artis. Id ipsum uero unde accepimus quemadmodum singulis his oportet uti: quidue eis præsidet aut illorum eū qui ea omnia possideat ad sobrietatē doceat usum utilitatemq; quā ex ipsis suscipere oportet ad communem ordinem finem arte dixerimus carere. Graue nimirum o Diu aut grauissimum potius figulum quidem cerdōem ac fabrum eius operis quod facere instituit proditam habere artē philosophum uero id ipsum quod itendat ediscere huicq; esse uirtutis propositum finem: id tamen artem nō esse sed disciplinā quādam quā quis sine arte assequetur. Recte inq; haud enim uel insulsc uel crasse (per Iouem) opinaris. Ego uero tuam istam laudo q;

tē: Sed age ut uideā caput ipsius cuiusmī facias. Figulus ais habet ab arte ut discat fingere: Credo itidē ut coriū cedat ac faber fabricet. Egoq; cōcedo operariū quēq; quicūq; didicerit efficere ex arte non tamen singularum harum artium hūc esse finem: ut artifex ab alio artifice artem accipiat: Scientiæ namq; successio disciplina inducitur: at usus artium non quidem is est ut ars artem efficiat: uerum potius ut uel figulus amphoramingat: uel tibicen tibias moduletur: uel imperator uictoriam pariat. Quorum omnium artibus alius ē propositus finis præter artem diuersus ab arte. Non tamē penitus quodcūq; nequaq; est ars continuo erit inertia. Inertia enim est priuatio artis ubi ea maxime requiritur: uerum quod sit ab arte est q; præter eam aliud quicūq; non est ars. Numquid id putas satis demonstratum? an aduc erit māifestius dicendum? Medicinam ais q; piam esse artem alterutrius uero finem non medicinę medicinā nec statuariam statuarię sed statuam statuarię sed medicinę sanitatem atq; habitudinem rectam. Quod diximus igit sic consideres uelim. Dic animum corpus lapidem tria hæc meras esse materias formæ atq; ornatus indigas: his itidem artes attribuito tres: quarū quęq; in subiectam sibi materiam ducta singulæ singulas propria forma exornent. Fac lapidem effigiatum affabre in personę specuē extrui. Fac corpus humorum concordia permixtioneq; temperamentum sanitatis implere. Fac animum recta quadam ratione motuq; decoro uirtutis accipere ornamentum. Si quidem trium horum artem aliquam esse fatearis: at actoris nomen ad id quod est actum deceptus affinitate transtuleris. Nihilominus errare uidearis eo: qui defluentem a sole lucem Solem esse affirmet quæ quidē diuersa a sole est opus solis: minime tamen ipse sol. Enim uero quod diximus ab utraq; parte cōsidera. Inquiramus quid sit ars quid uirtus. Num quid aliud artem esse arbitraris q; rationem quandā ad finem tendentem? Aliam quidem quę mechanicè corporeis rebus operam dando id efficiat: quod opus appellamus: ut architecti domum: ut fabri nauem: ut imaginem pictoris. Aliam uero negotiorū exercitoriam quæ nequaq; a corporeis abstineat: ut est in Imperatoria arte uictoria in medicina sanitas in politica iustitia. Tertiā

sursum artium speciem dicimus esse / rationem prorsus in corpore
 sui ipsius potentem / sibiq; ipsi operam dantem: cuiusmodi sunt geo-
 metricę atq; arithmetice artes earumq; omnium: quarum finis in
 intelligentia consistit: qui neq; ad negotiationem / neq; ad epificium
 pertinet. His ita se habentibus / triplici existente genere artium: ubi
 nam recte uirtutem collocabimus? si quidem ea est ars: An in ope-
 rariis? Ne tu quidem id dixeris. superest ut contentio sit inter nego-
 tiatoriam ac contemplantem: Harum neutri uirtutem abrogo: ue-
 rum alteram alteri permiscens / Alterum quiddam / quod ex omni-
 bus constet temperatum itelligo: compositumq; hoc totum aliud
 esse aio: ab singulis illis / ex quibus compositum esse apparet. Perin-
 de ac si quis hominis corpus / aut ignem / aut terram / aut aerem / aut
 aquam esse contendat. Nō ne ego ita dicenti subinde respondebo?
 Ipsū haud ignē esse / uel terrā uel aerē uel aquā q̄ndo qdē q̄ mixtū
 ex multis est / aut quicq; eorum est / ex quibus fuerit cōfectū. Quo-
 modo igitur uirtus quę cum cōtemplante / ac negotiatoria commu-
 nicet / non sit ars? Hac me dicentem sequere. Non enim ratione in-
 nitor meq; uerum eam affero: Quę ex Academia profecta Platōis /
 musq; contubernalis extiterit. Eandem Aristoteles excepit. Ego ue-
 ro ex altioribus p̄cipiis deduco. Suspicio nāq; ex Italia Athenas
 usq; deuectam: Pythagoreis quibusdam honestam / hęc mercatu-
 ram in antiquam gręciam mittentibus / quę quidem ita se habet.
 h
 omnis anima: secundum primam eius partitio-
 nem bifariam diu dicitur. Harum altera pars ra-
 tio dicitur: altera affectio: Quarum utraq; cum
 nequit se habeat atq; inordinate moueatur: uno simul ac turpissi-
 mo nomine uitium dicitur: sitq; ut ex harum alterius æstu / ac flu-
 xu turpitudinis fontes / ac gēiturę oriantur: Quotiescunq; scilicet
 contingit feruidas affectiones animum incendere / ac rationis ratio-
 nibus productionibusq; calamitatem inferre. Nam quemadmodū
 accidit ut subitis procellis / crescentes amnes legitimum excedant
 alueum: superq; uel segetes / uel plantarum culturam p̄cipites la-
 ti / rusticorum operum salutem / atq; ornamentum euertant: Sic &
 animus affectionum nimia ui ab rectis ratiocinationibus depulsus
 falsis nimirum / atq; improbis opinionibus / p̄ter naturam propriam

Plato
 Aristoteles
 Pythagoras

am surgentibus / corrumpitur: quę eius menti pro ebriorum more
 quibus nimia crapula interiores concire egritudines solet / uelut
 ex latibulis repentina quędam animalia confundunt mentem: ab
 huiusq; cogitur proprias eorum uoces personare: Si uero manifesti
 oribus exemplis / opus sit: improbitatem animi in condite plebis af-
 similibimus imperio: quod quidem fit quotiescunq; in ciuitate
 probitas uicta / multitudinis penitus licentię / atq; audacię seruiat.
 Necessē est enim eiusmodi ciuitatem dissonantem / ac multarum
 partium esse: eandemq; innumeris affectionibus / ac uariis cupidita-
 tibus refertam: In uoluptatibus quidem intemperantissimam / In
 iracundia p̄cipitem / In tribuendis honoribus immodicam In felici-
 tatibus elatam: In calamitatibus abiectissimā esse. Quando peri-
 cles abscedat / exul / & Aristides tollat / Socrates / Nicias surgat / Cleo-
 appetat s̄facteriam Thrasillus Ioniam: Alcibiades Siciliam: atq;
 alii modo terrestre / modo maritimum concupiscant imperium / cū
 quibus pariter ignauissima illa / atq; in ordinata plebs / ac mercēna-
 rius miles uagus / nulliq; addictus patrię / cōsentiant. Enim uerō ne-
 cesse est / eiusq; cupiditates & seruitutem & calamitatem / & tyran-
 nidem parere: aut quicquid est aliud: quod sub horum nominum
 absurditate censeatur. Ceterum & in animi politia ductores impro-
 bi / et effrenatus populus / Alcibiades / & Cleones plurimi timidum
 non sinunt animum quiescere: suisq; ipsum rationibus ac legibus
 egerere. Eiusmodi quidem in homine est flagitiosa politia. Contra
 uirtus / cuius causa susceptus est sermo: illud idem habet / quod est
 in politia Lacedemoniorum: In qua inerritissima illa plebs / paucorū
 probitati est audiens / atq; hęc quidem conseruat: Illa conseruatur.
 Hęc iubet / illa obsequitur. Quod uero ex utroq; progreditur / Li-
 bertas appellatur: estq; altera pars alterius indigens: tam quę iubet
 obedientis / q̄ quę obedit conseruatricis. Eadem hęc forma repperi-
 tur in animo recte se habentis: in qua ratio conseruatoris locum ob-
 tinet / affectiones conseruati. Ratio moderatur / affectiones modera-
 tionem accipiunt: opus uero ex utroq; conficitur: Quod liberta-
 tem dicimus. Vnius ordinis esto / quodcunq; subcontemplantium
 artium nomine censetur: idq; ad rationem referatur. Quod uero

Pericles
 Aristides
 Socrates
 Nicias
 Cleo
 Thrasillus
 Alcibiades
 Alcibiades
 Cleo

ueluti materia quædam ab artibus illis ornatur / sub affectioum genere ponatur. Prius illud sapientiam uoces quæ idem est quod scientia. Hoc autem uirtutem ab scientia productam. Vbi uero imutaueris nomina scientiamque uolueris uirtutem appellare: petam abs te quis uirtutem ediderit? id enim quod genuit uirtutem scientia est uirtusque ipsa natales suos in scientiam referet. Artem artium scientiam uocas? Audio. Scientiam scientiarum cam appellas? Docilem me prebeo ac rationem accipio dum tamen unum addideris idque pauculum. Dic artem artium artem. Dic scientiam scientiarum scientiam esse. Alterum ab altero disiunge: ac me tibi consentientissimum reddideris. Si uero scientiam seruando ac subtrahendo affectiones rectam earum formam scientiam esse contendas: simile quid feceris: quale erit: qui Phidias seruando artem: materiam de medio tollat: materiamque nomen ipsi imponat arti. Vis scientiam bene beateque uiuendi principem esse? imperet ratio. Vis imperet ratio? Ea princeps unicus esto: Cui deditur genitus Saturno sceptrum sagaci. Sed demus rationem dominari: quosnam ipsa ministros operariosque qualium uocet eos habeat actionem? Corpus ais: uide quid agis. Vno enim eoque inordinato saltu / eorum ordinem quos iussa capere fas est: ab ipso imperatore ad lixas & calones transtulisti. Non ne ordinem uides? In quo primum dux ipse consistit: Dein decuriones: armati / scutati sagittarii.

ministerium namque paulatim ab uniuerso atque optimis ad uiles & abiectissimos descendit: Verum obiectioem promptam agnosco. Deus uniuersum hunc orbem patris instar familias artificiosissime ac sanctissime gubernat. Quid enim non ne id fateris? In quo quidnam potius scientia ne an uirtus? Si igitur scientiam Dei uirtutem dixeris: utere sine inuidia nominibus. Non enim quemadmodum in homine: ita & in Deo est anime pars: que imperet / que ue obediatur. uerum est simplicissimum quid Deus: ut mens: ut scientia: ut ratio. Si uero deteriorem cum meliori conglutinare: deteriorisque nomen / meliori attribuere coneris. feram id quantum ad nomen tantum: non autem ad rem ipsam pertinebit: Virtutem ipsam quæ uis scientiam uoca: Dum tamen ipsam scientiam

tiam uirtutem non uoces. Falsum nimirum nomen ac periculum mediis fidius obnoxium: si qua est hominibus habenda fides: que in contemplantibus scientiis arithmetice ceteraque disciplinæ peruenientes ad animum uirtute homines imbuant. Id siquidem est uerum: Sophistarum genus magnificandum esse apparet multiscios ac multiloquos hos dico / plenos que multarum disciplinarum: quique scire se profiterentur / cauponantur atque indigentibus uendunt. Virtutis enim mundinationem instituunt: resque tota mercimonium spectat: In quibus cum uideamus ore tenus sermones promptos atque apparentia eum redundantia quadam disciplinarum preceptorumque. Interius uero affectiones alperas ferinasque consuetudines improbas iniquas exercitationes cupiditates absurdissimas / flagitiosas educationes / rectis rationis tramitibus aduersas esse non ne cogitare debemus: oportere mortales naturam sortiri in primis probam? que futura sit tamquam surgenti muro firmissima erepido. ad eiusdem salutem ac cedere / educationem ac consuetudinem bonam: per quas maxime animus cum his: que proprie sunt bona federatur: unaque & tempora & ætates omnes coniunctissime percurrat. His postremo addenda ars est: que affectionibus ipsis statuat metam. His maxime modis animus efficitur beatus: uitaque hominis sanitatem assequitur. Hinc recte opinioniones harmonica quadam corporis atque animi compositione coordinatur. Hæc Dei lex est. Hæc iustum perficiunt uirum obsequantur affectiones rationi non in uirtute pareant scientiæ. Nam uitium inuoluntaria res est: a uoluptate penitus pertracta.

QVOMODO QVIS SE VINDICET A
DOLORE. SER. AVIII

QVOMODO quis efficiet suum ut animum uindicta a dolore? An & hic quoque perinde atque in corporis morbis medicum requiret? Nec medicum tantum: sed & medicamenta quædam / uel aliquam uictus rationem pulchre ad sanitatem temperatam? Fac ita esse: Quis is erit animorum medicus? Cuiusmodiue medicamentis / aut uictus utemur ratione?

Chiro

de Chirone
medico

Ego enim : qui meus est amor erga antiquitatem omnem artes non diuido:quin potius fidem habeo poetis : fuisse olim in monte Pelio medicum quendam / nomine Chironem : cuius ars utruq; intenderet / ut simul scilicet eorum corpora / qui ad eum ualitudinis causa accederent / per laborem exerceret : dum illos uenationibus / montanis itueribus / eursibus / gramiceis toris / serinis partibus / fluuiialibus poculis ad summam perduceret sanitatem : simul animorum curam haberet : ut ne deterius his q̄ corpori contingeret : si nō rationalibus motibus parerent : aut minus fortiter affectionibus resisterent. Quamobrem utruq; simul consecutus est : ut & medicine peritissimus : & idem iustissimus esse uideretur : duplicem illi laudem ob unam dumtaxat artem tribuentibus poetis. Verum si ita nostratia tempora tulerunt / ut ea ars a se ipsa descuerit / ne antea id mireris / quam mihi ostenderit medicinam unam quidem existentem / ac coagmentatam sibi constare : non autem tot partes / quot sunt corporis membra / sortitam : aliam quidem esse / que oculis : aliam que auribus / atq; aliis corporis membris / deseruiat : propterea eiusmodi periculo obnoxiam : ne cottidie diminutio facta / obtēues atq; ignobiles partitiones / obscurissima penitus euadat. Quemadmodum Macedōum imperio aiunt accidisse : quod post Alexandri decessum / in illam multitudinem presidium incidens / neminem reperit dignum qui summę rerum prepoeretur. Sed quamobrem Chiron ad hunc sermonem nobis accessit : Age id una disquiramus / utrum preter propositum sit. Ais esse aliquid corporis dolorem ? Sane ais. Hic quidem cum equabiliter subierit corpus / prorsusq; uniuersis se se eius partibus infuderit / naturalem corporis substantiam perturbat / peride atq; inferum agit / id ipsum : quod passim ignem uocamus. At ignem hunc medici diminuunt nomine mutato fore putantes : ut minus asperum id appareat malum : quod ignitū / non ignis uocaretur. Aliud quoq; est ægritudinis genus / quotiescunq; in corpore contingit / particulam tabescere : a qua uelut causa / fonte uel inzipiens morbus / impetum in ceteras fecerit reliqueq; corpus in eadem perniciem traxerit : cuius excursus a membro laborante / ad id quod est sincerum / breuissimus atq; oculissimus est : quantū sen-

Alexander

re possis : extremum si pedem offendas / ab ipsis enim unguibus dolor usq; ad caput minimo momento percurrit : Id tu fieri posse senties : nisi anima uniuersum penitus corpus occupet / eiq; non secus atq; lux acri se infundat. Melius dicā / quemadmodum in odoramentis contingit : ut eorum suffitus ad illos etiā pertingant / qui longissime distant / interiecto interim acri / iocundis se immiscentes odoribus / uel quomodo colores ab remotis locis ad oculos feruntur. Nam & hi quoq; uidetur medium acri / de sua natura depingere. Hanc similiter animam putato ubiq; diffusam esse / nullamq; partem corporis eius esse immunem : tam & si ea alia longe ratione cum capillis atq; unguibus communicet : quemadmodum & cum Foliis arborum. Hęc .n. eiusmodi sunt que nimium sensum habent in ordine plantarum. Sic igitur anima se habet ad corpus : cuius & iosa doloribus ac uoludatibus misceretur : sitq; propterea / ut in corpore causa morbi sit / at ægritudinis in animo. Ex utroq; uero unū atq; indistinctum malum ad hominem peruertit. Verū secunda hęc animi ægritudo ad priorem illam corporis opposita se habet ratioe. Hęc enim ab anima remissa in corpus in eo accipit finem. Laborante igitur ægritudine animo / leditur pariter corpus & tabescit. Tum uel oculi lacrymas emittunt / uel ceterum corpus / & maciesq; dat / & pallores. Qualia quidem hominibus / aut ab amore parum felicitatis / aut paupertatis duritie / per luctum / atq; per incommoditates obueniunt : ex turbatis preterea animi motibus / ut ira / inuidia / ceterisque similibus / fit corpori stas. Quorsum igitur hęc pertinet / nisi ut intelligamus eum morbum / qui ab animo mittitur in corpus : qui uel a corpore redit in animum / ad abigendam tristitiam / una atq; eadem egere medicina : quemadmodum ad Euripum superandum / una nautica ars remedium affert. Atq; hęc quidem ad dictorum demonstrationem sufficiant. Ipsam uero artem / que mala utrinq; orientia propellat : quis nam nobis ostendet ? ego .n. quantum ad me attinet in ancipiti uersor : an quem idoneum artificem si mus inuenturi : qui Chironis exemplo prestare queat : ut duplicis boni nobis sit auctor / neq; satis sperare audeo : ut huius artificium rei intueniamus. Arduum enim est opus / quod magnitudine sua & Olympum superet & Ossam : Nec tamen penitus despero.

Quid no assequatur cum
uelit omnia audens au

Quid enim non assequatur cum uelit / omnia audēs animus? Me
dus itaq; inter fiduciam ac diffidentiam / interq; ignorantiam / ac sei
entiam: ita de hac tota contentione statuo. Suspicio quidem simpli
cem quandam artem esse: non tamen quæ duobus his corpori. si
atq; animo officium ipendat: sed quæ excellentioris curam suscipien
do / inferiori etiam subueniat. Mihi enim iter dicendum uenit in me
tem: quod extat Socratis ad Charmidem dictum. minime tamē in
telligere me putes. Thraciam illam in cantationem. Sed quod ait cū
homine itegro / eiusdem partem sanari: nec fieri posse: ut aīe ad par
tem q̄ ad totum salus peruēiat. At recte id quidem / quod ego / quā
tum ad corpus attinet / ita esse crediderim. Quantum uero ad corpo
ris atq; animę cōiugationē p̄tinet: id dico opposita se habere ratioē.
ubi enim pars recte ualeat / ibi utiq; & totum recta ualitudine præ
ditum sit oportet. Quod ipsum tamen ita accipi uelim: ut quis al
teram duarum partium recte ualentē constituam: non utranlibet
tamen neq; incertam: sed alterā semper eandem / ac stabili ratione cō
stantem. Ex societate nāq; deterioris cum meliori / qui deterior est /
salutem a meliori mutuatur. An credis sani aīmi uirum / si acciderit /
ut uel morbo / uel uulnere illato: uel quouis alio corporis detrimēto
opprimatur: eius rei etiam minimam habiturum rationem? Nul
lā (medius fidius) igitur ea est nobis medicina quærenda atq; ex
ploranda / ea comparanda sanitas / & uenanda: ex qua corpus ad fir
mitatē accedat. Sin minus / at eam ex qua facile quocunq; corpus
inualerit: malum contemnere possimus.

QVID SIT FINIS PHILOSOPHIAE. XVIII

ROTONIATES olympicum affectat
oleastrū: Atheniēsis uictoria nauali: Lacedemo
nius pedestri delectatur. Cretensis studium in
uenatione uersatur: Sibarites in uoluptatum affluentia: Thebani
in thibis: Iones in choris / Auarus ad hæc appetit aurum / ebrieta
tē potator / amores musicus: modulationē cupidus canendi. Hoc
autē aīal q̄ homines philosophū uocant: solus ne ex oībus nullius
rei desiderio rāgetur? sane stupidi uitā potius loq̄ris q̄ eius aīalis: q̄

rotomatu
atheniensiu
acedemomioru
cretensiu
sibaritaru
thebanoru
omni

nilo

studia

uideat / spiret / moueatur / sapiat / & quod appetitu / sensu / cupidita
teq; impellatur. At hunc omnino necesse est aliquid appetere: qd
forsan uno uocabulo comprehendere non potest: Beatitudinem
ait / o / beatum simplicitatis / si quem ex hominum numero / pu
res uenereos lusus admirari & non potius ipsum si percuncteris re
sponsurum: quod felicitatis causa cērtet / potet / diuitias comparet
uenetur / humum colat / pugnet / amet / cantet / contionetur / uel si ip
se Sardanapalus / ille inq; leuigato corpore / putribus oculis plexa
celarie / defossus in purpuram / in regiam penitus abditus / pellicibus
permixtus rei alterius & non unius felicitatis se uocet sectatorem.
Haud enim uolens in miseriam Sardanapalus inciderat. Quid per
sa ille qui & ægyptiorum templa igne deleuit? Et ille qui commi
natus est anni? & Apī bouem immolauit / num ob aliam causam
quam propter beatitudinem / ea omnia faceret? Nam & Xerxes tā
rum abest / ut beatitudinem extruderet: ut pro una ipsa / cum Ioue
contendisse uideatur: Is enim adeo se eam tenere arbitrabatur / ut
Europam cum Asia nauibus ad pontis similitudinem contabula
tis diurno nimirum uinculo coniungeret: Et Neptunus ille apud
Homerum Ioui exequatus in honore: ab uno tantum hoc Rege
(quæcum ipse opinabatur) et plagas accepit / & uinculis cōstrictus
est. Quid reges barbaros narro? quasi Pisistratum nō uideas græ
cum Atheniensēq; in arcem cotidie currere / tanq̄ eo in loco feli
citatē / una cum aītiq; nissima illa olea / defossam haberet: qua amif
sa quieti repudium missurus uideretur: Nam quantum ad Polycra
tem attinet / is non adeo ob admonitionem / ægyptiam respicit / ut
non elato nimis animo de beatitudine sentiret: Cum Ionii sibi ma
ris uindicasset imperium / magnam trirēium classē instructam
haberet egregiam in annulo gemmam: Anacreonte satio uteretur
Smerd q̄ frueretur amoribus. Dices id contingere p̄cipibus uiris
Quorum omnium de beatitudie iudicium / auoluptate mollitieq;
animi / malis ad imaginē bōi personatis deceptū fuisse / quis neget?
Nū Homerū nō audis extollēte Eacidas / q̄ bello / & que ac cōuiuio
oblectarētur. At qd igratius bello? & tñ tā parū grata res / haud ab
iectos amatores iuenit: qualis Philippus ille / post progētores Eaci
das: q̄ cū macedōica re cōtētus eē posset: & in Amīta bōis Perdicę q̄

Sardanapalus
Cambyses
Xerxes
Homer?
Pisistrat?
Polycrates
Anacreo polycratis faciu
Smerdias a po
crate amatus
Philipp?
Amintas
Perdicę

SERMO

felicitate permanere eam tamē peregre atq; alibi uelut ex Macedo-
 nia delapsam perquirebat. Quamobrem Iriballis itulit bellum;
 Illyrios inuasit expugnauit Bizantium · Olinthum euerit: sefellē
 Athenienses: cū Theffalis fæderapercussit: Thebais indutias dedit.
 Elatiam cepit: Phocenses euerit · Peierabat/mentiebatur: mutila-
 batur. Nihil enim Philippus alienum a se nec uerbū nec opus nec
 dedecus nec infamiam fecerat. Philippum percunctemur · quid id
 sit: quo tot labores pericula negotia corporisq; mutilatiōes cōpen-
 set? Num quid studio beatitudinis hæc agis? O ridiculam interro-
 gationē: Verumtamen beatitudinem illā: tam uehemens eius lecta-
 tor nequaquā uidetur comprehendisse. & tamen ipsum beatitudo sti-
 mulauit. Quin & Alexander eius filius · quasi illa parētem elul-
 set. Europæ salute multa dicta ut penitus bonorum omnium ino-
 pi traiecit in Asiam beatitudinem forte suspicatus Sardibus in ra-
 mentis aureis latere: aut in Caria inter Mausoli thesauros · Babylo-
 niorūq; ædificiis · Phenicū portibus littoribus Egyptiis aut etiā
 Ammoniorum harenis obrutā esse: Cui nec satis fuit Darii fuga
 non Egyptus subacta non Ammon pater · nō Babylon capta: nisi
 etiā cum exercitu ī Indiam excurreret. Interrogemus Alexandrū
 quid curris? quid cupis? quid amas? quamobrem festinas? quo nā
 potius q̄ in beatitudinē causam referat? Mittamus reges ac dyna-
 stas: num priuata res his erroribus carent? An non ubiq; rerum
 mortales cernere est ad eandem undecūq; procurrere? Atq; adeo
 hunc terrēstribus illum maritimis negotiis implicitum esse: hunc
 bellicis rebus illum litteris studium impedere: hunc ducere uxorē
 liberos illum educare: Quid de his dicam qui latrocinia exercent
 uel aliis modis ceteros homines ledunt? qui captant munera adul-
 teria militaresq; mercedes? Quotusq; est horum qui non ple-
 nam erroris ac periculi utam ingrediatur? quid erroris acq; pericu-
 li dico? et nō hos potius anfractibus confragosisq; locis quasi sus-
 pensos incedere ut commiserationem intuentium maxime moue-
 ant. Hastenus de uiris negotiosis. Iners uero & dissoluta illa multi-
 tudo: nūquid & ipsa beatitudinis abiecerit spem? Minime (medius
 fidius) Nam & adulatoribus negotium adamas: qui quibus cōiua-
 stic uiuunt: eorum cupiditatibus indulgent et scutis · quocumq;

DECIMVS NONVS LV

est dit m ē ac mirationē & risum excitare. Monstrosorum præterea
 artificibus ī diuersas effigies sibi ipis distorq̄ntibus atq; iflectētibus
 corpus omniū dēiq; studiōū (quīs abiectissima sint) conc lamata bea-
 titudinis spe auferas artes. Fertur Babylonem profectus ex lōia uie
 ad regem magnum · artem ostensurus operis egregii offulas uide-
 licet paruas rotundasq; in eū elaboratas usum tam certo ictu con-
 tra mucronem acus ex distanti loco iaciebat ut nūq; a collimando
 aberraret: Nec se deteriorem · ob eam collimarionem existimabat
 q̄ Achilles ipse ob fraxinū ex Pelio: In libya Libys fuit nomine Psa-
 pnō beatitudinis & ipse adamator · minime (medius fidius) hūilis
 cottidianeq; huius: sed qua Deus concupisceret haberi · Capiens
 itaq; aues ex uocalium numero complures has quidē edocuit hæc
 uerba conari: Magnus Deus Psaphon · Atq; ita edoctas demisit in
 montes: quarum uocibus cum aliq; permultē assueuissent tam pri-
 mē illē Psaphonis q̄ dimissarum discipulē Psaphonis diuinitatem
 celebrabant: Creditumq; a Libycis est: diuinam hanc uocem esse
 proptereaq; Psaphoni ueluti Deo sacrificabant · Sicq; Psaphon co-
 mitis auium Libycus creatus est Deus: nihilo profecto inferior ar-
 tifici eo: qui non prius a Persis adoratus est: quam ipsum ferocis
 equi suffragium euexisset ad regnum · Sic itaq; humanę res se ha-
 bent ut inter se prope dissentiant omnes · tametsi cunctos morta-
 les communis quidam amor ac desiderium exerceat boni. Verum
 tamen tam multis uariisq; itineribus ad ipsum contendūt: ut prop-
 ter diuersitatem studiorum negotiorumq; nūq; idem fatum · parē
 q; fortunam sortiantur. Et quamuis simul omnes communiter ap-
 petant bonum · ad ipsum tantum nemo plus ceteris pertigit: horū
 q; res perq̄ similis est illorum inanitati: qui in tenebris aurum atq;
 argentum inquirunt. Nam cū expertes omnino sint soni · unde cer-
 tam quęsiti auri præbationem habituri era · t ex pondere tractatio-
 neq; coniecturam plane mentientem accipiunt. Prepterea incurfan-
 tes se inuicem · mordentesq; : quicquid id est quod immaibus ha-
 bent · dimittere nō audent ne si forte uerū illud aurū argentūue ha-
 berēt p̄ imprudentiā amitterēt · Nec rñ quęrēdi sollicitudinē remit-
 tūt: ne forte n̄ deinceps iueniāt: qđ quęrētes adhuc cōsecuti nō sint
 Hinc tumultus · contentiones · adhortatiōes · uocesq; inquirentiū

Zantiū
 Olinthus
 Elatia
 Contra philippū alexandri
 patrē
 Alexander
 mediu ramenta auri
 quid curris?
 quid cupis?
 quid amas?
 quamobrem festinas?
 quo nā
 potius q̄ in beatitudinē causam referat?
 Mittamus reges ac dyna-
 stas: num priuata res his erroribus carent?
 An non ubiq; rerum
 mortales cernere est ad eandem undecūq;
 procurrere?
 Atq; adeo
 hunc terrēstribus illum maritimis negotiis implicitum esse:
 hunc bellicis rebus illum litteris studium impedere:
 hunc ducere uxorē liberos illum educare:
 Quid de his dicam qui latrocinia exercent
 uel aliis modis ceteros homines ledunt?
 qui captant munera adul-
 teria militaresq; mercedes?
 Quotusq; est horum qui non ple-
 nam erroris ac periculi utam ingrediatur?
 quid erroris acq; pericu-
 li dico?
 et nō hos potius anfractibus confragosisq;
 locis quasi sus-
 pensos incedere ut commiserationem intuentium maxime moue-
 ant.
 Hastenus de uiris negotiosis.
 Iners uero & dissoluta illa multi-
 tudo: nūquid & ipsa beatitudinis abiecerit spem?
 Minime (medius fidius)
 Nam & adulatoribus negotium adamas:
 qui quibus cōiua-
 stic uiuunt: eorum cupiditatibus indulgent et scutis · quocumq;

Alexander
 Quintilianus meminit in historię
 Achilles
 Psapho
 De psaphone aduerbe

Darii

k

gementium persequentium lamētantium rapientium spoliatorū:
Et quidem cuncti conclamant exultantes tanq̄ in ipsum inciderit
bonum cum tamen adeptus nemo sit. Atq; ideo incerti singuli qui
q; proximi cuiusq; uerba obseruāt. Et hęc quidem affectio terras
ac maria permiscet cogit contiones iudicia inducit carceres cōplet
construit naues triremes deducit bellum parat: Hęc eadem equitā
di industriam repperit aurigationemq; tyranos in arcibus cōsti
tuit exteros acciuit mercennarios milites conduxit.

Hic homines uigulant urbes depascitur ignis

Hic pueros rapit hic latizonas mulieres:

Innumeras scilicet malorum species sustinent homines: neq; aliam
ob causam q̄ propter spem beatitudinis assequendę & ignorantie
deceptionem. Insitus est enim hominū generi fomes quidā a Deo:
qui boni expectationē enutrit: cuius tñ inuentio omnino est abditas
Nigra etenim radix par flos albedine lacti?

Minime nos fallit Homerus hoc nomine: Perspicio moly & enig
matis intelligo uim manifesteq; noui q̄ difficilis inuentionis nego
tium sit.

Terrigenis egris superi namq; omnia norunt

At temporibus nostris pro nescio quo friuolo lebete qui in lydia
penderet ad focū respondet Apollo ligneū murū ait angustumq;
Isthmun futurū tremotū. Imminēs bellū & aduētantē præsignat
pestē: oraculū aut reticet: q̄ his oībus atiquius multo ē. Videlicet
quid factū opus sit: belloꝝ ut radix ascindat: ne muri necessarii sint
ne pestis pertimescenda. Quoꝝ nihil ē ab Apolline ī Delphis præ
dictū neq; ab Ioue ī Dodōe aut usq; gentiū a cæteris Diis: una phi
losophia oraculum profert. O pulcherrimū oraculū & meliorē lō
ge diuinationem: in quā me cōsentire nihil prohibet: nisi dissonā eā
Inuenero. Qua propter cōsentiens ab omni parte oraculū profer.
Hoc mihi ē opus cui fidē habēs. deiceps trāquillius uiuā. Quonā
mittis hominū gēus? q̄busue semitis: aut qs ē itēris statutus finis?
Nimirū hūc finē unū eūdēq; eē oportet: ac cūctis mortalibus cō
munē. Nūc aut q̄ multas philosophiæ colōias aspicio: q̄ diuersas in
partes eius dilectos sectatores: ut ī boetiā Cadmū Archiā Syracu
sas: Phalantū tarētū Nerū Miletū Tlepolemū Rhodū terrā ui

Cadm)
Archiā
Phalanth)
Nereus
Tlepolem)

e Phalanth)

noly

Homer)

delicet necesse est locorū uarietate distinctā esse aliosq; homines
alias ei uel dem partes scolare. Ipsum autem bonum diuidi nequa
potest unum cum sit affluens nullius indigum rei sufficiens uni
uersę rationalium nature. Ita ut unus sol unicum itidem bonū ē
in natura uisibili. Vnica malice unicum bonum in his: quę aurium
subiacent sensui. Vnica sanitas unicum corporis bonum. Iā uero
cum ceteris animalibus natura ipsa distinxerit: quę cuiusq; generis
gregi boni ipsius portio ad propriam salutem seruandam conueni
 arctissime constringas. Is utiq; statutus est modus. Quo maxime
 cōtrarię nature: ac mutuam cōmixtionem respuentes: quoquo ta-
 men modo inuari uicissim uideatur: cōuertiq; ut ignis in aerem:
 caliditate Interc. dente: Aer in aquam humiditatis officio. Aquę in

SERMO

Demones patibiles de

humum frigiditatis transitu: Terra in ignem caliditatis interuētur. Eodem fere modo Deus cum Demone ob immortalitatem? Demō cum homine: ob patibilitatem: homo cum brutis: ob sensibilitatē: bruta cum plantis: ob animationem cōmunicant. Vis ne idem in corporis spectare iconomia? ut in ea constituenda nihil uel cōfuse uel saltuose pagat natura? Verū hęc quoq; iconomia medietates aliquas requirit: quibus corporū fabricā promixtionemq; cōtextat: propterea uidere ē capillos atq; ungues molliores ossibus: neruis duriores: sicciore sanguine: carnibus asperiores. Ad sūmā quod eunq; recte atq; ordine cōpositam est: cōgruentem medietatem exposcit: ut uoces: ut colores: ut sapes: ut corpora: numeri: figure: affectiones atq; sermones. His ita se habentibus: si Deus immortalis & impatibilis est: homo autem mortalis ac patibilis: Necessē est medium quēdam locum interesse: qui ab horū altero obtineatur: quod sit uel impatibile simul & mortale uel patibile simul & immortale. Sed fieri nullo modo potest: ut impatibile cum mortali cōueniat. Superest ergo Demonum naturam patibilem simul & immortalem esse oportere: Ut quatenus est immortalis cum Deo: quatenus patibilis cum homine iungatur. Quomodo uero patibile simul & immortale sit: Demonum genus: tempus me monet ut disceram. Igitur ab immortalitate Incipiendum.

uodeūq; corruptioni subicitur: uel dissoluitur: uel liquefit: uel ceditur: uel scinditur: uel trāsmutatur: uel uertitur ac dissoluitur: quidem ut lutum ab aqua: uel scinditur: ut ab aratro terra: liquefit ut cera a sole: ceditur ut planta aliqua a ferro. Vertitur autem ac trāsmutatur ut aqua in aerem: aer in ignem. Quamobrem oportet Demonum naturam (si quidem immortalis est capax) neq; dissolui: neq; diuelli: neq; scindi: neq; etiā posse trāsmutari: Quid enim eū phibeat immortalitē amittere cōtinuo si lēdi possit ab aliqua eiusmodi ui? At quomodo patibilis erit: cū nihil aliud sit demon: q̄ nudus animus: corpore deposito? Nam si animus: corpus: natura corruptibile dum copulā seruāt: a corruptione pēitus uindicat: multū pfecto abest ipm etiā animum corruptioni subiacere. In sotietate igitur: quā sibi inuicē prēstāt: corpus cōtinetur: animus continet. et si qd aliud dicatur esse: qd cōtineat ani

Quomodo demones patibiles sint

VIGESIMVS SEPTIMVS LXXVII

mum: non autem se ipsum ipse: Quid nā id erit? aut quo modo capiē mens esse animū animi? Quotiescunq; n. contingit: ut alter contentū conseruetur ab altero: necesse prorsus est continentiam eiusmodi consistere alicubi: & in id tandem incurrere: quod quidē continens aliud a nullo: prēterq; a se ipso contineatur. Id si non sit: ubi nam ratiocinatio consistet in infinitū usq; progrediens? Quē admodum igitur si nauem excogites: marinis undis expositā: quā ne auferat salum rerinaculis multis: ad aliquam pēgrandem molem deligarit: quibus subinde inuicem colligatis: postremum ipso rum: ad ipsam molem: rem scilicet firmam atq; immobilem peruenit. Ita etiā corpus cum inundetur ab estu: nauisq; instar natet: tū tūbet: quāsseturq;: continetur ab animo: eiusq; beneficio ab impulsu defenditur consistitq;. At ubi neruos: ac spiritus: ueluti retiacula quēdam per quē interim corpus ab nimi quodā modo mole sustineretur consumpserit attritio: Corpus quidē corruptioni succūbit & ī profundum rapitur: animus uero propriis uiribus enatans: se ipsum continet: firmusq; consistit. Is deinceps nuncupationē Demonis accipit: sitq; aeris protinus alumnus: ex terra in ipsum tam q̄ in coloniam aliquam: aut ex barbaris ad grēcos: aut potius ex aliqua ciuitate: quē exlex tyrannide: ac seditionibus pmeretur: in aliam legitime degentem: Regiam ac pacificam translatus. Id autem totum cum imagine conuenit Homeri: Quam ille in Iliade *Homere* cecinit: a Vulcano aureo in Clypeo exculptam eē. In quo duas ponit urbes: In altera uigent nuptiē: conuiuia: choreē: plausus & ac cenē faces uentilantur. In altera bella: seditiones: rapinē: pugnē: ululatus: luctus: fletus. In hoc quoq; Etheri respondet terra: quē pari prope comparatione ad etherem se habet: Hic enim cū tranquillitate: plausibus: ac diuinis choreis plenus sit: terra tamē multisonis uocibus negotiorum silua: diuersitateq; uexatur. Nam postq; animus deposito corpore: decedens: hinc se in illum locum statuerit: corpusq; terrē corrumpendum reliquerit: ipso momento: legeq; ex hoīe Demō euadit: purisq; oculis ppria spectacula inuetur: nihil a corporeis illecebris: atq; obstaculis ipeditus: Nihil a uarietate cōfusus figurarū: aut ab aeris caligie obsessus. Verū me

Demones unde fiant

Homeri locus

SERMO

ram pulchritudinem / meris oculis cernens exultat . At tunc qui-
 dem priorem uitam miseratus ob presentem sibi placet / misericor-
 diaq; etga cognatos animos: qui adhuc continentur in terra / com-
 mouetur. Auet preterea eos ex ista clementia / proprium reducere
 in gregem: Quin & errantibus succurrit: Preceptum enim accepit
 a Deo: ut terram reuisat / misceaturq; uniuersę mortalium naturę
 fortunę menti atq; arti / bonos adiuuans / oppressos subleuans / con-
 tumeliosis iudiciũ statuens / & pęnam . Neq; tamen iccirco omnis
 indifferenter omnia administrat: qn potius negotiis discretis / alius
 aliam prouinciam capit: Et hoc est quod in eorum natura dicitur
 patibile / & in quo Demon minor est Deo . Haud enim ingenium
 illud uetus / quod olim habuerunt in uita / penitus deponunt: Vex
 Esculapius hodie quoq; mederi non desistit / Hercules fortitudinẽ
 seruat / Liber pater baccatur / Amphilocus uaticiat / Dioscuri nau-
 ticam exercent / Minos iudicat / Achilles arma pertractat . Is adhuc
 insulam colit in mari Pontico contra Danubium positam: eiusq;
 & templum / & arę uisuntur: Ad quam tamen nemini patet acces-
 sus: qui non prius sacrificiũ obtulerit: id si tite peractum ẽ . In Insu-
 lam ascendit . Viderunt sepius nauę uirum semideum flauicomũ /
 Pyrrhicam exercentem aureis armis ornatum: Sunt qui eum non
 unq; aspexerunt: plaudentem tamen audierunt . Sunt etiam / qui
 simul utrũq; & audierunt & uiderunt . Interdum tamen accidit
 ut cum inuitus quis pernoctaret in insula / dormientem illũ Achil-
 les excitarit / deductumq; i tabernaculum adhibuerit epulũ in qui-
 bus Patroclus propinabat / Achilles citharam pulsabat: Auditũq;
 est Thetidem Interfuisse conuiuio / nõ nullosq; alios Demones ex
 quibus constitutus est chorus: Quid autem? Non ne & Hector
 ut est in Iliensibus fama / eorum regionem inhabitat? eiusq; sepiissi-
 me uisitur imago subsultim campum excurrere / atq; emittere ful-
 gorẽ . Ego tamẽ (ut de me ipso loquar) neq; Achillẽ neq; Hectorẽ
 uidi / Dioscuos uidi fulgentes / ut stellas / nauis insidentes / eaq; cõtra tẽ-
 pestatem adiuuantes: Esculapium uidi / non tamen in somnis . Her-
 culem quoq; . Sed uigilans uidi .

*quid est quod in demonu
 natura dicitur patibile
 pulchru documentu*

*Amphilocho
 Dioscuri
 Minos
 Achilles*

*insula in mari pontico co-
 tra danubiu posita qm
 incolit achilles*

*Patroclus
 Achilles
 Thetis
 Hector*

VIGESIMVS OCTAVVS LXXI

VTRVM DISCIPLINAE SINT REMINI-
SCENTIAE XXVIII

Retensis quidã Athenas olim uenit Epimenides no-
 mine: cum eiusmodi narratione: quę multum uideatur a fi-
 de aborrere: se uidelicet interdũ in atro dictę Iouis qe-
 scentẽ altissimo correptũ sonno: permultis continuis annis obdor-
 misse / sopitũq; in somnis cõgressum habuisse cum Diis / cum diui-
 nis eloquiis / cum iustitia preterea & ueritate . Fabulã hãc / horsum
 spectare crediderim: ut itelligere liceret terrenã hãc uitã ab animis
 humanis somnio cuidã lōgo / multosq; i años traducto / persimilẽ
 putari . Sed tũ fabulã maiore auctoritatẽ habiturã / si quidẽ Epime-
 nides cum ipsa uersus illos: quos Homerus de somniis cecinit / iun-
 xisset . Eorũ ẽ sensus . Duas esse portas tenuiũ somniõ . Eburneam
 alterã / Alterã corneã: fieriq; propterea / ut ea somnia / quę de cornea
 porta egrediantur & ueritatẽ secum afferant / & fidẽ . Quę uero ex
 eburnea illa emittantur / inanissima sint penitus / & mendacissima /
 nihilq; ad animũ ferant / qd uigiliã sapiat . Horsũ spectabat / Epime-
 nides sermo / siue ille commentitiũ fuit / siue narratio seria . Quid
 enim aliud est hominũ uita / preterq; somniũ manifestũ? p quã ani-
 mus demersus in corpus / pre nimia (ut ita dixerim) / satietatẽ ac cra-
 pula / uix rerũ somniat substantias . Et si satis ab usu docemur / ma-
 ximã aiorũ partẽ: ab eburnea portã sonia acciperẽ . Si qd tũ ex his pu-
 rus / sobriusue sit / aut saltẽ minimũ a satietate & crapula tactus / cre-
 dibile nimitũ est / huic ab altera porta manifesta / distincta / ueroq;
 proxima / somnia obuenire . Cuiusmodi fuit illud epimenidis . Pitha-
 goras samius grecoꝝ primus ausus est dicere: corpus quidẽ suũ
 quandoq; morti cessurũ / animũ uero / quasi ex ipsius corporis fune-
 re / euolaturũ / a morte pariter ac senectute imunẽ . Qui etiã ante q
 corpus induisset / habuerit uitã . Is hęc dicens fidẽ meruit apud cę-
 teros greecos: creditũq; est illũ / aliud iam olim in terra corpus ha-
 buisse: qd tũ troicus fuit Euphorbus . Credulitas aut illa / hęc robur
 accepit . Ingressus: n. Palladis templũ / i quo erãt multę ac uarię de-
 dicarum munerum spesies . In his clypeum figura phrygium rep-
 perit / uetustate iam consumptũ: Hunc cum Pythagoras uidisset /
 Clypeum agnosco meũ: quẽ mihi Intersector meus abstulit in Iliẽ

*Epimenides
 Epimenides som-
 niator*

*duo porte som-
 niõrum*

Pythagoras

*Euphorbus
 Pythagoras p
 fuisse eupho-
 rus*

SERMO

si pugna. Cuius cū admiratione sermonis cepti intolē essent: suspē
sum detrahunt clypeum. In eoq; hoc epigramma scriptum inue
niunt. Palladi Menelaus ab Euphorbo. Vis ne narratiōem aliam
asseram? Ita opinor. Proconesii hominis corpus iacere. olim sepius
est uisum: exiguum usq; adeo spiritum retiens: ut minime distaret
a morte. Cum interea animus e corpore egressus: alitis istar undiq;
uagaretur in aere. subiecta mapiens terram. mare. amnes. urbes.
gentes. uariasq; hominū affectiones. ac naturas: Is cum rursus re
uerteretur in corpus: excitans ipsum: quēcūq; in ea peregrinatiōe
audisset. ac uidisset: eadem ordine omnia ex corpore. uelut ex gāo
quodā loquebatur. Dices: Quid tandē Epimenides. Pythagoras
et Aristas significare uoluerint? Quid nam aliud. q̄ optimi aīum
uiri: ubi se a uoluptatibus. atq; affectionibus corporis (cum qui
bus consuetudinem prius habuisset) exsoluēs earum perturbatio
nem effugerit ad mentem de integro conuersum. rerum relictis si
mulachris ueritatem attingere? Ea res aptissime potest comparari
cum pulcherrimo quodam somno. clarissimorum pleno somnio
rum: ipsumq; animum altissime sublatum intellige. haud ipforum
montium uerticibus. perq; aerem. nubilum & concitū incedere:
sed sublimius uectū per etherem inconcussam tranquillitate. quē
teq; comitibus. sine molestia prouehi ad ueritatis aspectū. Eius autē
perfectionis uia eiusmodi esse dixerimus: quoue eam nomine aptis
sime uocemus? Num disciplinam? uel Platoni assentientes: remini
scentiam dicemus? An magis unam rem. duplici nomine. discipli
nam simul & reminiscenciam appellare uelimus? Sane hoc quod
assequi dicimus. animo bellissime potest cum accidentis oculi cō
ferri. Is cum insitam habeat cernendi uim. calamitatem interdum
eiusmodi patitur: ut ob id. quod cernendi instrumentum circumsi
detur a nebula: spectabilium rerum congressione priuetur: cui si
interueniens ars restituerit uisum: eam nequaq; intellige uidendi in
fundere uirtutem: sed potius impedimentum auferentem liberū
reddere luminibus excursum: Eodem aīum modo existimes ue
lim. uim esse natura prospicientem. atq; intelligentes substantias re
rerum huic commūi corporū calamitate accidere: ut offusa caligo
aspectum eripiat. faciem obtūdat. propriumq; ignem extinguat. De

Aristas

Epimenides

Pythagoras

Aristas

Plato

VIGESIMVS OCTAVVS LXXIX

mū rationis artem accedere. quē ueluti medicus quidā non animo
scientiam (quā nequaq; prius habuerit) conferat: sed quē integra
olim existens. post impedita. tenuis torpensq; fuit: eam clarissime
excitet. In quo idem fere obsequiū interuenit: quod obstetrices pa
rientibus pręstāt. Hę namq; cruditas adhibent manus. suscipiunt
fētum. dolores mulcent. maturū partum in lucem educunt. puer
perē discutunt periculum. Similiter ratio pręgnantem animū do
loribusq; plenum obstetricatur: In quibus plurimi uel obstetricis
imperitia. uel dolorum uehementia. uel etiā ignauia seminis. abor
tum emittunt: pauci admodum rariq; animi absolute pariunt: ex
quibus si suscipitur proles. ea nimirum legitima. integraq; ē: & pa
trē apertissime testatur. Proinde animi conceptio dicitur mens. do
lores sensus. partus reminiscencia. animosq; omnes intellige natura
concipere: sensu sustinere dolores parere ratione. Q uemadmodū
igitur natura nō recipit quicq; nisi ex semine oriri: sed potius quod
cunq; procereatur similitudinem secum seminis deferre ut hominē
hominis: bouem bouis: oleam oleę uitē uitis. sic etiā animus si
ueritatem intelligit. necesse plane hunc est. uerarum seminibus. re
rum imbutum esse. Q ual quidem & esse. & semper esse. & sempit
ternas substantias esse. & immortales esse. dicendum est. Propterea
scientiam florem quempiam. maturumq; foetum ex animi semine
existere: Neq; aliud ignorantiam hominū. q̄ seminis huiusmodi ces
sationem esse. Si igitur animus quemadmodū & corpus mortale
quid est. corruptioni. dissolutioni. putrediniq; patens: nihil sane de
eo aliqua cum dignitate loqui possum: Neq; enim de corpore licet.
quandē quidem caducus animans sit maxime labilis uagus. infir
mus. obscurus. ac furiosus. Cuiusmodi naturam si animus habeat:
quid nā is. uel scire. uel reminisci. uel discere ualeat? Facilius. n. ce
ra liquefens ex sole impressam signi alicuius imaginem seruet: q̄ di
sciplinā animus si cōporeus sit: cum liquido constet corporū em
nifariam genus celeriter fluere: perindeq; quasi curipum sursum
ac deorsum ferri. obeamq; causam modo ex pueritia i iuuentutem
exerescere. modo ex iuuentute. in senectutem delabi. Ipsum uero
animum ab hac natura remotissimum. & Pythagorę & Platōnis
oracula testatur. Q uin etiam Homerus ante hos: cui animi apud

Pythagoras

Plato

SERMO

inheros loquuntur: et interdum diuinatorii sunt: in quibus cythare
 dus quidam celeberrimus hęc ait.
 Ipse mihi doctor tribuerunt nomina uocem
 Verissime profecto loquitur ipse enim sui doctor est animus sine ar-
 tificio quopiam eiq; ex Deorum munere suppletur ut naturalē scientiā
 habeat. An uero aiantia cetera haud aliunde quā ex se ipsis propri-
 as actiones ediscant: neq; aliquē cognoscere licet: q̄ uel leonis ad ui-
 res cōparaodas / uel cerui ad fugā. uel ad currendū equi p̄ceptor
 existat. Ipse etiā aues scientiā a se hauriant qua scilicet in uerticibus
 arborū propria arte cōseruant nidos & araneę ex tenuissimo filo si-
 bi indito retia nectant: quibus in aere uenētur / nulloq; p̄ceptores
 in excauandis latibulis / uel pisces in barathris habeant: ac reliquę
 deinde aialium artes: quibus salutē propriā tuentur / singulis sint in-
 etię generibus. Homini autē cunctorū aialium (quantū ad intelli-
 gentiā attinet) facile principi aliunde q̄ a se ipso scire suū obueniet.
 Minime gentiū id erit. Necessē namq; est eū aut iueniendo / aut di-
 scendo scire: quorū ad alterū p̄p̄ ibeacillatē suā aspirare nō potest.
 Si ita est ut animorū substantię scientia inuiderit natura. Nam si
 q̄d inuenerit: quomō utetur inuento: cum eius usum ignoret? Si
 enim mediterraneus uir (ut ex Homeri loquar sententia) temoni
 occurrat: dicet molestū se onus humeris gestare. Hinc & discendi
 studiosus: si ignaro p̄ceptorī operā det: nullam expetite disciplię
 scientiam acquirat. Si peritiā scetetur & discendi cōpos euadat
 ex eius quę rā doctore / quemadmodū ipse scientiam / quam docet
 acceperit? Aut. n. inuenisse. aut didicisse si dicet. At si quidem inue-
 nerit: qui nam utā uel inuento / nihil ipsum intelligens? Sin ex p̄-
 ceptore quopiam hauserit: ad p̄ceptorem conuersus / libens iucū
 deq; idem percunctabit. At ubi percuntandi finē facimus? quę ue-
 loco consistet dicēdi ex aliis modus? Incurrere enim cōmū ratio
 cinatiōē c̄p̄tet i eū q̄ id q̄d quęrimus. nequāq; ab alio acceperit:
 sed suo p̄te inuenerit ingenio: cui eadē illa dicēda crūt. quo quidē co-
 gnito: statim appareat ratio: quę nobis quęstionē exsoluat. Quare
 animi inuentio indigena in ipso existens / eiusq; ex semine orta: uel
 potius animo insita: quid nam aliud q̄ uerarum opinionum excita-
 tio sit? Quorum excitatio / atq; ordo scientię nomen accepit. Vis

Homex)

VIGESIMVS OCTAVVS LXXV

ne huius imaginē rei in milite ponamus errante fulocq; ? an potius
 exemplum ab Homero sumentes fingere libeat nocte / ac profun-
 distima quiete exercitum teneri: per quam ceteris omnibus in altis-
 simum somnum demersis. unus Agamenon exercitus dux uigilet:
 qui tabernaculum egressus singulosq; excitans milites:
 Primum equites fortesq; uiros / sepire phalangem
 Imperat: ignauos medias implere cateruas:
 Non ne quid simile apparet in animo? cum intempesta nox & gra-
 uissimus somnus eiusdem cogitationes opprellit: At ratio ducis
 uel regis optinens locum: uel quocūq; potius nomine / eam libet
 appellare: singulas adiens sopitas excitet / excitatas in ordinem du-
 cat. Somnum hunc dic esse obliuionem / excitationem reminiscen-
 tiam / memoriam / custodiam / cōseruationemq; eorum: quę ordina-
 uerit ratio. Fit autem sensim reminiscētia: quotiescūq; animus al-
 terę uenatur ex altero / p̄sentibusq; admonitus rebus / manu quo-
 dāmodo ad futurarum considerationem perducitur. Videre etiā
 licet in actionibus humanis eandem reminiscētię uiam: Canente
 enim Demodoco in Pheacū conuiuio / cōtentiones Ulyxis & Achil-
 lis: p̄tens ulixes cātlenā exaudit / factūq; agnoscenti lachrimaturā
 Num igitur / non credere par ē animum eiusmodi principio arrip-
 to / ad iliaca gesta reuertisse? corpusq; ulyxis tametsi in Pheacum
 accumberet conuiuio / animum nihilominus in Illo uersari / reem-
 sente memoria: quęcūq; temporibus illis aspexisset: sicq; modico
 cōcūto principio magnum ueterum spectaculorū numerū cogita-
 tiōē adisse? At q̄ ituitus lyrā / amorē reminiscitur: In quibus usus est
 lyrā agilis nāq; & expedita res est reminiscētia: Ac sicut maxie quibus
 dā ponderibus cōtingit: ut minimis ad cōm motū impulsibus paten-
 tia / ubi semel ab spellente manu motionis initiū acceperit / eam diu-
 tissime seruent. Sic etiā mēs / sumptis exiguis ad memoriā initiis /
 quę quidem porrexerint sensus / latissime reminiscētiā extēdit. Et
 enim singulas res arbitror quas aut presentes aspiciat / aut gestas
 iā ante aspexerit oculus: aliarū secū cōsequētiā trahere / uel ordine
 temporis: quęadmodū dies post se noctē trahit. Iuuetus senectutē /
 uer: hyems uel ordine affectionis ut pulchritudinē sequitur amora
 Cōtumeliā iracūdia / Prosperitatē uoluptas: Calamitatē dolor: uel
 loci ut pharinq; / spartemq; / columbiferam quęq; thūben: uel legis

Homex)
 Agamenon
 dux uigilet
 equites
 uiros
 phalangem
 ignauos
 medias
 cateruas

Reminiscētia quomodo fiat

Demodoc)
 Ulyxes
 Achilles

Peneleus**Leitus****Arcefila****Prothoenor****Clonius****Aiax****Diomedes**

Bœotis Rex Peneleus & Leitus olim

Arcefilausq; Prothoenorq; Cloniusq;

Vel etiam potentię ut

Iuppiter Aiakis da sortem uel Diomedis

Diuitis aut etiam Regis prodire Micenę

Sensus igitur tanq̄ inuestibulis animę excubantes rerū principia

excipiunt: eaq; intro ad mentem transmittunt. Quibus acceptis

incensa mens reliqua prospicit: et usq; ad consequentiam uel tem

poris uel naturę uel legis uel loci uel dignitatis uel potentię per

sequitur. Quemadmodū igitur accidit lōgis atq; exilibus hastis

ut q̄squis uibraverit capulū reliquas hastę partes ad cuspidē usq;

concutiat. ut ue qui longi cōnexiq; ordine funis extremitatem alte

ram quatit continuā concussionē per medium spatium ad alterā

extremitatē transmittat. Sic & humanę menti exiguo principorū

haustu: ad integram rerum intelligentiam est opus. Quamobrē

aptissimi ingenii uiri & ad uirtutem propēsissimi sponte ex se ipso

principium capiens uiam ingreditur inceditq; ad mētis spectacula:

eaq; & assequitur mente & memoria uoluit. Qui uero ingenio in

ferior sit eum habere Socratem oportet haud sane decentem sed

potius interrogantem ac perquirentem a quo ordine rogatus ue

rissime ad interrogationes respōdeat. At qui nam recte de ignotis

respondebit? Nisi forte quem uideris alterius manu deductum in

cedere minime ipsum incedere contendat. Sed quid nā manu duc

tor: ab eo qui interrogat: quidue incedens a respondente differt?

Qui enim rogatur sibi ipsi energiā prębet: is uero qui ducit illius

regit incessum. Verum neq; qui ducitur discit incedere: neq; etiam

interrogatus respondere & tamē uterq; alter quidē incedit potest:

n. incedere. Alter respondet: quod scilicet nouit. Confert autē uter

q; auxilium utriq; Corpus natura gressibile est animus rationalis:

et si immortalis quod certe inficiari nemo potest: huic om

nino & necesse est intellectiones ac scientias rerum ex ęternitate

inesse. Sed duplicem (ut arbitror) uitam animo habentes:

altera scilicet pura ac clarissima & a nullis calamitatibus tem

ptata: Altera turbulenta concitata ac diuersis fortunę casibus

implicita. Exultima hac animus ambiguitatis tenebris per

funditur: perindeq; eius mens ut temulentorum est morbus in
torporem inducitur: His uidelicet morbis impudentissima (ut ita
dixerim) in gurgitatione ęgrōtat animus: proximeq; ad insanīā ac
cedit. Qui si se ipsum reuocare aliquantulum ęperit neq; ad sum
mum decipitur: neq; omnino sincera utitur ratione. Sed medius
ueluti in ignorantię rationisq; confinio sedet. Sin penitus ex hac se
ce tamq̄ ex Cimmeriorum regione in clarissimam ętheris lucē im
migrarit. Liber a cupiditatibus liber a morbo liber ab erumnis
penitus sit: tuncq; ueritatem perspicit & cum ratione perpendit.
Tunc cum Diis & cum Deorum filius miscetur. Tunc etiam
extremū ęli fornice transcendens cum melioribus uersatur Diis:
& ad eorum militiam ascribitur atq; uni Imperatori Duciq;
Ioui operam nouans ueritatis uerę recordatur. Nunc autem diui
narum reminiscitur rerum. Itemq; tunc fiducię est plenus: nunc au
tem fallitur. Robustus uero animus probum demonem sortitus
etiam hic affectionum tumultui resistit. seq; quo ad proprię se fe
runt uires a consuetudine corporis abducit: uetę illorum specta
culorum memoriam excitat. Propterea conieciunt poetę memoriā
matrem esse musarum & appellant scientias musas diuinissimum
nimirum eorum: Iouisq; opus memoria genitas compositasq;.
Musis igitur & memorię danda est opera.

¶ VTRI MELIUS DE DIIS TRACTARINT POE
TE NE AN PHILOSOPHI XXVIII

chemens (mehercle) seditio exagitat mortales quando
illi non solū ad politiam ac regnū aut ad ea mala que ia
cent in medio contentionē attulerint. Sed etiā cunctarū
rerum quietissimas philosophiā ac poetice uexarunt: rem quidē
nomine duplicē simplicem substantia minimeq; re ipsa differentē.
Veluti si quis diem aliud esse q̄ solis lucem defluentē in terrā: uel
solis cursum super terrā aliud esse q̄ diē existimaret: Sic etiā ad phi
losophiā Poeticę se habet. Quid n. ē aliud poetice q̄ philosophiā
tempore uetusta cōsonantia metrica argumento fabulosa? Porro
philosophia quid aliud q̄ poetice tempore iunior harmonia expe
dictior argumento apertior? Duarū igitur reꝝ tempore tantū ac

Poeticę nō differ
a philosophiā

figura discrepantium: quis nam differentiam diiudicet? in his quæ de rebus diuinis utriusque philosophi uidelicet ac poetæ dixerunt? An dicamus huius rei speculationem huiusmodi esse perinde ac si quis medicinam illam antiquam cum iuniori ac ad morbos temporum nostrorum excogitata conferens uirtutem ac uitium utriusque perpendat? Huic namque putauerim Esculapium responsurum alias quidem artes nullam a temporibus mutationem accipere. Quæ uero usus idem est eisdem harum etiam opera eadem sunt. Satis habere medicinam si temperamento corporum obsequium impendens infirmo uidelicet negotio minime certo sed potius propter diuersos educationum modos inconstantissimo labentibus curationes ac uictus rationem ad usum presentis educationis aliter atque aliter accommodet. Quamobrem minime credas Machaonem illum ac Podalirium filios meos minus commodos medicos fuisse his qui succedentibus temporibus in eisdem studiis uersati sunt: qui uero sapientes ac uarias hasce curationes inuenerunt: at qui eius temporis ars cum corporibus nequaquam uel pinguibus uel uariis uel dissolutis diuersans ea longe facilius tractabat: filiique iccirco meam simplicem occupationem habuerunt ut est.

Machaon
Podalirius

Virus ab infectis abscindere partibus egri
Mitiae affectis imponere pharmaca membris
His uero posterioribus temporibus labentibus corporibus in ordinem uiuendi multipliciorem deteriusque iccirco temperamentum medicinam & ipsam multipliciter sequi oportuit: ob eamque causam ex simplicitate antiqua decedentem uarium habitum sumere. Sed age iam ipsi poetam ac philosophum intellige suas partes suscipiant. Esculapiique superioris exemplo de propriis studiis respondeant. Ille profecto graue aliquod malum dicendus est pati qui uel Homerus uel Hesiodum uel etiam Orpheum existimet. Aristotile Stagiritæ Chryippo Cilice Clithomaco libyco aut aliis: qui tam multa tamque docta adinuenerunt sapientia posteriores habendos esse: & non hos potius credat aut itidem eadem: aut etiam meliora prestare potuisse: Quæmadmodum igitur antiqua illa corpora propter optimam uiuendi consuetudinem arti se tractabilia prebebant: posteriora uero medicinae uarietate postularunt. Sic etiam animus prioribus illis temporibus simplex aut ut nunc dicimus crassus philo-

etiam la)
Homers
Hesiodus
Orpheus
Aristotele
Chryppus
Clithomach

sophiam musicam mansuetioremque posebat: quæ ipsum fabulis quibusdam peride ac popularis quidam rector duceret uersaretque. Aut potius nutricum in more dum fabellis puerorum ingenia demulcent sed procedente tempore acutior ac uilior factus tamquam simplici illa credulitate discussa ueterator: et fabulas ueteres perpendit et enigmatis reiectis philosophiam detegens proprio illam nudauit ornatu nudisque rationibus est usus: quæ tamen haud aliter a prioribus illis differrent quam harmonie figuras. Nam opiniones deorum exordia ab antiquis sumentes a cunctis deinceps philosophis receptæ sunt. Cum poetas ac philosophos dico memento me Epicurum ab Epicurus ratione tam poetica quam philosophica secernere: ceteros omnes aut si simile aut idem habet negotium: nisi forte putaueris Homerum in deos incidisse sagittantes differentes sacrificantesque: aut alia omnia agentes: quæ de Diis ipse cecinit. Nam quantum ad Platonem attinet haud Plato credere eum debemus Ioui occurrisse auriganti & alato curru deuecto: aut ab exercitu deorum stipato undecim acies distributo ornatoque: Aut quæ uelentes superos uiderit in Iouis ac Veneris nuptiis: tunc cum Porus ac Penia congressi clam amorem genuerunt. Non Pyri flegetontem Acherontem ac cocytum spectasse Non fluuios alios sursum ac deorsum aquam ignemque uolentes: non pretere rea Clotho atque Atropon parcarumque fusos: uel etiam septem ac uarias reuolutiones uidisse. Sed & Syri poesin considera: in eaque Iouem Syrus Hecatem Cupidinem Ophionemque genitura: Deorum pugnam arborem peplos. Quid Heraclitus? Dei mortales Dei immortales Enigmatum de Heracles nique sunt omnia referta: tam quæ poetæ quam quæ philosophi enuntiant: quorum pudore erga ueritatem laudandum celsuerim magis quam iuniorum horum impudentiam. Quod enim humane inbecillitatis captus manifeste percipere non potest eius est fabula modestior interpretis. Quia propter si posteriores contendant antiquioribus illis se acutius uidisse: beatos eos tam acuti ingenii iudico. Sin uero maiorum notitia minime transgressi eorum enigmata in manifestas fabulas uerterunt: metuo nequis eos merito reprehendat quod secretas rationes prouulgarint. Nam quæ obsecro alium usum ex fabula suscipimus: nisi quod cortex ipsius rationem includit atque exornat? Quod quidem Deorum statuis contingit: quas ideo aureis & argentis peplois circundant sacerdotes: quo ornamentorum reuerentia mortalium spem atque expectationem auget.

Epicurus

Homerus

Plato

Syrus

Syri poesin

Heracles

Audax namque humanus animus existens: Quæcumque presens spectat: his honore parcius impendit: remotiora omnia magis admiratur. prope ad inuisibilia diuinatione accedens: ac ratiocinationibus mediis captans: quod quidem assequi non potest: id maxime conatur inuenire: quod deprehendit in eo quasi in opere proprio conquisit. Hæc poetæ cogitantes fabularum constructionem inuenerunt: quæ diuinis accomodarunt rationibus: rem quidem aperta obscurior ratione: Enigmatis autem clariorem: æqualiter ascientia atque ignorantia distantem propter iucunditatem: fidem sibi uendicantem: propter admirationem minime creditam: Ducentem præterea animum ad existentium rerum inquisitionem: remotiorumque inuestigationem: In quo hi uiri maximum opere pretium fecerunt: dum auribus nostris insidias commenti: philosophi re-nomine poetæ inuidiosam rem: ad eam artem traduxerunt: quæ maxime populum demulceat. Philosophus enim ita grauitate & moleste a multitudine auditur ut a pauperibus locuplex: ut ab impudentibus temperans: ut etiam apaudis strenuus spectatur. Haud impuritas sustinet uirtutem: nisi eam uiderit super inducto aliquo fuce adumbratam. Poeta autem mollis habetur: & multitudinem oblectat: ut pote: qui propter uoluptatem a populo diligatur: propter uirtutem nequaquam cognitus sit. Sicut igitur medici cum fastidientibus ægrotis porrecturi sunt: saporis amari medicamentum: dulci ipsum liquore aspergunt: atque adeo salutarē amaritudinem tegunt. Sic etiam illa philosophia uetus: sententiis suis fabularum carminum: ac cantus amictu: uelatis anti quos illos animos cepit neque aliter: quam dissimulata disciplinæ molestia: ad institutionem illexit. Caue etenim roges utri melius diuina tractarint philosophi ne an poetæ. Verum potius: quasi indutiis: ac sedere inter hæc studia percusso: ueluti de una concordia arte considera. Et si philosophum dicis: Poetam pariter nominas: Poetam dicis: philosophum itidem nominas. Nam & strenuos uocas Achilles: qui aureo: ac poetico illo clypeo uteretur: et Aiacem quibus scutum gereret ex eorio bubulo confectum: Virtus utrumque in ordine fortium: hostesque terrentium locat: nihil refert hoc loco aut aurum huius: aut corium illius. Comparato autem & hic mensuram: ac cantum auro: solutam uero orationem materię uulgari: neque auro

Quam grauitate philo-
phi a populo audiuntur

Achilles
Aiax

neque corium considerato: sed utentis uirtutem: dum ueritas in sententiis maneat: quid refert utrum ea a poetis: fabulis: carminibus que dicatur? Enigmatis hærebo: fabulas scrutabor: neque me cantus ab ratione separabit: uera dicat: quis nuda oratione: facilitatem traditionis libes excipiam: amboque. At ueritate sublata: tam in poeta quam in philosopho: alienam a musis feceris poetice: orationemque sine ueritatis subiecto: meras fabulas feceris. Iecirco nulla fides erit aut poetice fabule aut orationi philosophi habenda. At qui & Epicurus sermones componit: sed absurdiores fabulis cunctis: Quare magis Homero crediderim de Ioue dicenti. Qui animas duorum fortium uirorum aurea in lance ponderaret. Alteram quidem Achilles: Alteram Hectoris: subleuans libram dextra intueor: uidelicet fatum uirorum horum: consentiens dextre Iouis. Cor quoniam nostrum minime mutatur: eritque Quod capite amnuero sine fraude ac sine carebit. Nutum Iouis intelligo: quo uidelicet stat tellus: fluit: mare: æter diffunditur: in altum nititur ignis: circumfertur celum: creantur animalia: arbores nascuntur: ex nutu Iouis: actiones: uirtus: felicitatesque hominum pendet. Agnosco præterea Mineruam cum aut assistit Achilli: et ab iracundia retrahit: aut Ulysses in uniuersis periculis tutatur: Apollinem itidem agnosco: qui Deus & musicus & sagittarius existit: cuius delector harmonia: sagittationem pertimesco. Neptunus humum quatit tridenti. Mars cogit agmina: Vulcanus æriam exercet. Neque uni tantum Achilli: fabrilis usus describit ac cudit. Eadem & poetæ & philosophi dicunt: in quibus mutatis tantum nominibus: et similitudinem inuenias: & narrationem agnosceas. Dic Iouem esse antiquissimum: princepsque mentem: quam uniuersa sequantur: cuique eadem obtemperent: Dic Mineruam prudentiam: Dic Apollinem Solem: Neptunum uero spiritum: qui & terram & mare permeet: quorum etiam contentionem concordiamque gubernet. Si considerationem ad alta uerteris: nihil non inuenias: quantum ad poetas attinet nominibus: Quantum uero ad philosophos rationibus refertum. Epicuri uero figmenta: cui non fabule similia dixerimus: Nam quis erit adeo socors dissolutusque poeta: idemque

Epicurus

Homerus

Achilles

Hector

SERMO

Epicure? a diuinorum sciētia alienus Epicuro deterior? dū idē Epicurus deblatērat hoc pacto. Deus neq; ipse negotiū obiit neq; alii negotiū faceret. Quo mihi euadet eiusmodi fabula? quomō louē ipsū effingā? Quid illū agere aut cōsultate dicā? Cuiusmodi iuoluptatibus uerfari? Bibit Iuppiter apud Homerum uerum & contionatur & cōsultat more regum contiones, & cōsilia pro regni cura habentium. Nam & perlarū rex, pro Asiaticis rebus cōsultat. Pro grēcia cōsultat populus atheniensis. Cōsultat item pro nauis gubernator. Imperator pro exercitu. Pro ciuitate legis lator utiq; & nauis & exercitus & tellus & domus salutem consequatur: gubernator, imperator, legis lator in negotio uersantur. Pro cēlo mariq; ac ceteris partibus: quisnam o Epicure cōsultat? Quis aut gubernator aut Imperator aut legis lator. Aut agricola? aut pater fami-
Sardanapali lias existit? At ne Sardanapalus quidem negotio uacabat: qui quāuis clausis foribus abditus maneret, quīs cēlato ī lectulo cubaret, mulierum choro circūfessus, de salute tamen Nini Assyrorumq; felicitate cōsilia habebat. Tibi ne Iouis uoluptas languidior uertur Sardanapali illius uoluptate? o fabulas a fide remotissimas & ab omni poetica harmonia abhorrentes.

UTRUM ORANDVS SIT DEVS. XXX:

Midas **P**HRYSX quidam desidis uite homo, pecunięq; appetēsatyrum caput ebriosum (ut ait fabula) Demonem: in fonsq; in fontem mero iam ante propter sitim frequentatū. a. satyro: satyrum potat, preceatur fatuus Phrix demonem captinū: precationem nimirum qualem aut hunc petere par erat, aut illum perficere. Terram, s. auream fieri, aureā arbores, segetes, prata, pratorumq; flores. Annuit satyrus. At ubi inaurata est terra, fames phryges habebat: Midasq; p acceptis diuitiis anxius, palinodię in morem, preces aduersus priores, non amplius satyrum: sed Deos ipsos preceatur, inueterem illam fertilem, omniferam, ac fructuosā paupertatem restitui, aurumq; ad hostium ceruices. Cumq; hoc flens Deos rogasset: non ideo consecutus est magis. Lepiditatis fabulam laudo, uicq; illius, qua adueritatem incēdit. Nam quid est

idē fabula abster atq; uulq; putat

TRIGESIMVS LXXXIII

aliud innuit q̄ dementis hominis uotum nihil sibi boni precantis? precantis quidem ut id acciperet: quod paulo post se accepisse peniteret. Satyri uero illa queatiōem uincula ac merum: iccirco posuit fabula ut inde intelligere esset homines per fallaciam ac uim appetitionum suarum compotes effectos, offerre diis pro acceptis beneficiis munera a quibus tamen beneficii nihil acciperint. Alienū nā q; est ab ingenio Dei que non sint bona largiri at ea potius fortūe sunt munera: irrationalis ratione carentia. Ut sunt interdum blanditię ebriorum. Lydius uero ille phrige infanior, Non ne ipse rogauit Apollinem pro euerfione Persici regni? Deumq; ipsum ueluti dominum captatorem donorū auro multo tentauit? Quem cum audiret continue respondentem. Cresus Halyn superans: magnā peruertet opum uim libens oraculū accepit, transmissosq; haly Lydorū imperiū euertit. Sed & apud Homerū grēci hominē audio, Iuppiter aiacis de sortem uel Diomedis, Duitis aut etiam regis prodire Mycenę. Iuppiter uero huius perficit uotum Exiliitq; uiri fors: quem superi uoluere Priamū uero p patria orantē, oues ac boues imolātē, quottidie Iō uī minime audit. Cū tñ Agamēnoni alienā terrā iuadēti, anuerit, Menibus euerfis troię, ut remearet ad argos. Sed & Apollo, non prius Chryse sacerdoti, pro acceptis iniuriis auxilium tulit, q̄ aperte ei coxarum nidorem exprobaſſet. Tunc autem nouem continuos dies in exercitum grēcorum sagittas emisit. Que mulos canes & oues percusserunt. Quid hoc ē optime petarū? Helluonē ais Deū, qui muneribus capiatur? Et agręgariis hominibus non differat? uis ne hoc carmen probari? Flexibiles etiā superi ipsi: animi contra potius non flectitur Deus, & inexorabilis manet? Discedere enim a scientia ac penitere: ne probo quidē uiro, ne dum Deo conueniens est. Si quidem mutabilis, ac penitens uir, cum ex deteriori cōsiliū mutet in melius, iam ante sibi cōsultauerat prauē. Sin uero ex optimo uertat, impetius, prauē proculdubio commutauit. At Deus nullam omnino prauitatem agnoscit. Aut enim qui rogat dignus est quod petit accipere: aut omnino indignus: Si dignus est tacendo accipiet: Non, n. qui sit

Croesus

Homer?

Diomedes

Priamus

Chryses

Pulchra hęc oīa

gratia dignus propterea quod omiserit preces. efficietur indignus si
 nec qui erat indignus propterea quod preces multas effuderit habe
 bitur dignus. Quin contra potius dignus precando abstinens mi
 nime molestus cum sit fiet etiam dignior. Indignus ob importuna
 rogationis molestiam grauis indignior fiet. Et illum quidem uere
 eundem simul ac fiducia plenum dicemus: qui eo fiduciam suam
 probat quod etiam tacendo uoti compotem futurum se credat. Verecun
 diam uero propterea quod compos minime factus quietem nihilomi
 nus acturus uideatur. Huic autem in scitiam simul ac prauitatem
 imputabimus: qui propter in scitiam superes precetur: propter
 prauitatem uero minime exoret. Fac Deum uicem imperatoris ge
 rere: a quo calo quis locum petat armati: ac pugnare idoneus mini
 me petat. Non ne illum pro militaris ordinis usu impedimentis da
 re operam iubebit? Idoneum autem pugnare inter armatos loca
 bit: et imperator quidem uel ignorare uel muneribus capi: uel etiam
 decipi potest. Deus uero cum nihil eiusmodi admittat: neque prece
 tibus preter meritum dabit: neque petentibus: si ita postulant me
 rita non dabit. Nam quęcumque mortales sibi dari a diis petunt: di
 cet aliquis: aut ex eorum genere sunt: quę prouidentia respicit: aut ex
 iis quę necessitati subiacent fati: aut quę miscet fortuna: aut etiam
 quę gubernantur ab arte. Et prouidentia quidem diuinum penitus
 negotium est. Fatum uero necessitatis: Ars hominis: Fortuna autem
 libertatis arbitrii. Vita etenim hominum quasi materia quędam in ho
 rum singulorum concessit officinam. Quamobrem quę precamur a diis
 aut prouidentia perficit Dei: aut necessitas fati: aut hominis ars: aut
 fortunę fluxus. Et si quidem prouidentia perficit: quid opus est pre
 ce? Nam si prouidet Deus: aut uniuersi prouidentia habet: & negligit
 partes: regum ac principum more: quę satis habentes pro ciuitatum salute le
 ges: ac iudicia ordiaste: singularum rerum cura minime tagunt: aut etiam
 respici partes: quid nam dicemus? Vis Deum gerere curam duntaxat uni
 uersi: quod igitur ei negotium exhibes? quoniam propter salutem uniuersi de
 proposito dimouere non possis? Nam si humani alicuius corporis mem
 bra accepta loquendi facultate: cum eorum aliquid terret a morbo: quod mor
 bus pro uniuersi corporis salute incisionem exigeret membris: si cetera in
 quam membra arte rogarent: ut parceret membro: Non ne putas:

prouidentia dei
 fati necessitas
 hominis ars
 fortunę fluxus

Esculapium ita responsurum esse rogantibus? Non uestra causa
 o infelicia membra perire uniuersum corpus oportet: at potius
 perditis uobis seruetur uniuersum. Hoc idem fieri totius mundi sa
 lus exposcit. Tentantur Athenientes fame: Quatiuntur terremo
 tu Lacedemonii: Alluitur Thessalia: Ardet Aethna. Harum tu re
 rum interitum corruptionem uocas? Medicus uero qui causam no
 uit: partes contemnit rogantes totius salutem (cuius uniuersi cura
 tangatur) intendens. Verum quamuis partium curam habeat Deus
 Neque etiam sic rogare ipsum oportet: nisi egrotos imitemur: qui su
 sensu: uel cibum: uel medicamentum petant a medico: qui si sa
 lutem promittat: daturus etiam non petentibus sit: si periculosum
 petentibus omnino negaturus. Igitur quę secundum prouidentiam
 sunt: neque petenda sunt: neque etiam optanda. Quod autem de iis
 quę subiacent fato: non ne magis irrideatur oratio? quando ma
 ioris negotii sit fatum: quod uel tyrannum uel regem exorare. Fatum
 namque tyrannicum est nemini parens et immutabile penitus. quod
 ueluti frenum immisissimum armento: ipsum uiolentissime trahit: ac
 parere iubenti cogit: Quasi quodam Dionysius Syracusanos: Quasi
 Pisistratus Athenienses: quasi Pericles Corinthios: quasi Thra
 sybulus Milesios: In populari enim administratione: lepor plurimum
 potest: potest suadela: potest rogatio: potest obsequium: possunt
 preces: potest supplicatio. In tyrannide autem impotens uis: non se
 cus ac in bello dominatur:
 Serua me queso Atreide pro munere digno.
 Nos uero qualibus muneribus fatum capiemus: ut nos metipsum
 ab eius necessitate atque a uiculis asserere possimus? Quo nam au
 ro: Quo uel obsequio? Quo uel sacrificio: Quibusue precibus?
 Cum nec Iuppiter ipse liberationis modum inuenerit: sed quera
 tur apud Homerum.
 Hei mihi decrerunt dulcem Sarpedona natum
 Fata Menetiade mortem debere Patroclo.
 Sed & Thetis queritur.
 Infelix heu heu miserique ego femina partus.
 Huiusmodi profecto fatum existit Atropos. s. Clotho ac Lachetis im
 mutabile penitus: ac decreto quodam sortitum hominum uitas:

Atheniensium fames
 Lacedemonum terrore
 Thessalorum alluionis
 Aetnae incendia

Fatum tyrannicum
 nemini parens &
 immutabile penitus

Dionysius
 Pisistratus
 Pericles
 Thrasibulus

Homerus

Homerus
 Sarpedon
 Patroclus

Cur igitur quis roget inexorabile fatū? Sed nec in his in quibus fortuna dominatur precationibus utendum: quin potius in his precipue rebus omittendę sunt preces. Non enim cum dementi principe habendus est sermo: cuius nec consilium nec iudicium nec sapiens motus Imperium gubernant: Sed potius iracundia uoluntas preceptis irracionales habitus stolidi impetus succedentes sibi inuicem cupiditates dominantur. Tale enim quiddam est fortuna irrationalis uidelicet furiosa iprouida surda nullis omnino diuina tioribus obnoxia: E uripi instar fluens omni patens ipului gubernatorię prorsus artis ipatiens. Cur igitur quisq̄ tā infirmā rem tam dementem in qualem icōmunicabilem precibus uexet? Reliquū est ut post fortunam consideremus artem. Quis erit igitur faber qui ut atatrum cōmodum efficiat artis ipse peritus superos roget? Quis textor pro decora clamyde aliunde q̄ ab arte auxilium petat? aut pro clypeo faber grarius aut p̄ fortitudine strenuus aut pro beata uita uirtute p̄ditus? Quid igitur superest pro quo rogandi sint Diī? quodq̄ extra uel prouidentiam uel fatum uel fortunam uel artem existat. Pecuniam petis? noli Deos laceffere nihil enim boni petis. Non etiam fatum: nihil enim necessarium petis. Sed nec fortunam obtundas: quę indigentibus minime subuenit. Nec preterea artem. Audis. n. Menandrum dicentem.

Menander

Menandri pulchrum

Artes senescere haud uidebis optime
Si non magistro seruiant lucriferę.
Num quid non ita se habet? Probus es: mores inuerte: funde sceleribus preces studiosus negotii esto: sicq̄ per lenocinium caupationem rapinam ueteramenta periuriū calumniā munerū captationem diues euades. Victoriā petis? quam potes in bello opera mercenariorū obtinere per syeophantam in iudicio consequi? Mercaturam queris? At hanc uel nauis uel mare uel impetus uentorum prestabunt. Presto adest forum uenale penitus negotium. Quid propter hanc causam superos uexes? Honestatem abiuradiuitię crescent: Si Hipponicus sis uinces si Cleon si Melitus iertamine superior euades. Nam si ad precandos Deos accesseris exitum nimis ac seuerum iudicium petes: in quo Deorum nemo te feret aut ea rogare quę minime expediat optaretque non

Hipponicus

Cleon
Melitus

sunt concedenda concedet. Disquirat enim atq̄ examinat Deus singulorum preces morose uotaq̄ hominum ad utilitatis dirigit normam neq̄ aditū prebet (ut sit in iudiciis) cupiditatibus hominū miserationem mouentium. Misere clamantium inpersum cinere caput exprobantiumq̄. Cetiam si opus fuerit diis.

Iucunda in templo si quo tibi tempore feci:

Quibus respondet Deus. Si bona bona boni causa petis. Cape. Quod si dignum te eē gloriaris nihil opus ē precibus nam & tacendo consequeris. At forte Socratem dices supplicaturum Deę

Socrates

in Piręum descendisse aliosq̄ ad idē faciendum hortatum esse. Quid mirum? cum Socratis uita nihil aliud fuerit q̄ perpetua rogatio Deorum: Quos & Pythagoras & Plato precabantur: ac q̄

Pythagoras

Plato

quis alius Deorū amicus esset. Sed tu forte putas philosophi preces eo spectare ut a superis petat bona: quibus carere se putet. Ego uero eas nihil aliud esse cenleo q̄ consuetudinem cum Diis ac colloquium quoddam de presentibus bonis testimoniumq̄ uirtutis. Putas ne Socratē aut diuitias aut magistratus Atheniensū a Diis cōtendisse? Longe abest ut id pateret Socrates. Adorabat quidem Socrates Deos sed a se ipso uirtutē animi tranquillitatē uiuēdi iure reprehensibilem uitam & bonā spem mortis anuentibus ipsis capiebat. Miranda nimirum dona dignaq̄ quę tribuantur a Diis si quis petat a terra nauigationē felicē si quis a mari fructuū copiam si quis aratrum a textore aut clamydē a fabro Inanis omnino indonatus ac repulsus abibit. O Iuppiter Minerua Apolloq̄ humanorū morū inspectores philosophos uos oportet discipulos habere: quęstrā artē ualidis animis suscipientes sincere pulchritudinis ac beatitudinis colligant messem. At p̄ raro eiusmodi cultura exerceat p̄pea aut uix aut sero prouenit fructus in aliis interim atq̄ aliis apparens corporibus. Cū tñ hominibus hoc qd̄ tenue apparet raro atq̄ exiguo uite incentiuo opus sit: sicut & profunda nocte tenui opus est luce. Exigua est n. humanę naturę pulchritudo a qua tamen exigua seruitur cupiūt cuncta. Si philosophiā de uita sustuleris huius exiguę pulchritudinis fomitē p̄itus extiteris: Quę si spirat quę uitalis ē quęq̄ sola uerā adorationē itelligit. Veluti dempta e corporē aia: uitā omnino pdideris: dempto sole de die extiteris dies

SERMO

DE VOLVPTATE Q VAE ET SI BONVM EST
MINIME TAMEN EST FIRMVM XXXI

Difficile est iusta sententiam carminis uetusti bonum esse.
 ¶ Quæro utrum ea difficultas aut ad equum aut ad canem
 pertineat pro ipsorum uirtute: an secus uterq; non mul-
 to sane negotio ad proprium perueniat bonum: quin potius facili-
 tate summa conuenientem sibi uirtutem consequatur. Si quidem
 equus rite exerceatur ab arte: canis uero tener adhuc comode uena-
 tioni assuescit. Unde potius intelligi detur / solum hominem esse
 qui non nisi summo labore atq; incertitudine bonum eiusmodi ue-
 nari ac capere possit: nullam præterea artem apparere: per quam in-
 stitui possit hoc genus. Id si non fuerit uerum / nulla profecto relin-
 quitur occasio sophisticæ certandi: ac docendi neq; unquam accidet homini ut
 sit de stitutus a spe ppositi finis assequendi: Nemo abiciet salutem: aut
 ob infirmitatem rationum ambigua expectatione tabesceat: nemo
 discendi curam deponet: non postremo patietur id malum: quod paratum
 esse solet his: qui uel egre sustinent salum: uel tunc primum pertea-
 tant fretum: Quod si eos mediocri fluctus exasperit / deluetudine
 exterriti deserunt nauem: neglectoq; artis remedio / se ipsos fluctibus
 dedunt ante nauis interitum iacentes. Idem facere uidentur / qui phi-
 losophiam ingressi cum eius uarietati occurrerint: nequaquam sustinent
 animi salum: sed potius abiciunt spem ad eam perueniendi rationem
 quæ eos in stabilem ac tutum statuatur portum: An ignoras homi-
 num opiniones / affectiones / emendationes / & harum causas / initia
 ac salutem: pro quibus cottidie philosophi negotium gerunt / ac dis-
 serunt rem neq; simplicem neq; angustam esse? Neq; etiam recti-
 fluos amnes imitantem: quibus si cymbam permiseris: nullum pe-
 riculum sit: quin eam secundus fluxus agnitis itineribus traducat: Sed
 contra potius lati ac profundi maris spetiem gerere: quod nauas
 pluribus implicet erroribus: quod ipsum siculum atq; ægyptiacum mare:
 Arti tamen cognitum est iter: quæ suspiciens celsa / portus agno-
 scit. Verum ea id patitur interdum: quod gubernatores per multi-
 Nam cum singulus quisq; scientiam nauticæ desideret: pleriq; tamē
 recta scientia fraudantur: Itaq; minime portus assecuntur: uerum

TRIGESIMVS PRIMVS LXXXVII

alii cautes duras / alii ænosa littora incurrunt: alii ad Syrenas ac
 Lotophagos: aut ad alios homines uel in hospitales / ob scelus / uel
 ob inscitiam impios / uel uoluptate corruptos appelluntur: Quod si
 eubi bonus minimeq; aberrans gubernator iuenitur: is recta subit
 tutissimum portum:

Vbi uincula naues /

Nulla tenent / unco non alligat ancora morsu.

Quis igitur is est: cui salutem nostram committere possimus? Caue
 o bone / ne prius me de eo interrogas: quam ceteros alios inspexeris expē-
 deris ue. In primis delicatum ac iucundum gubernatorem festiui-
 simæ nauis ut oculorum est captus / sed tamen ad conficiendam
 nauigationem penitus inutilis / contumacis .s. atq; incommodi
 identidem obsequii: trunca ac mutila gerentis arma / ad excipien-
 dos ictus undarum inualidæ cedentisq;. Quando autem oratio no-
 stra nescio quomodo maritimam imaginem desumpsit: nequaquam hæc
 discedere sinamus / donec integram absoluerit picturam Epicuri phi-
 losophiam comparando / Acetæ regis pretoriæ nauis: de qua tamen
 loquens / haud fabulam narro: Non longe ab hoc tempore rex qui
 dam earum gentium / quæ supra Fenicem incolunt / neq; mare no-
 uerunt / neq; loue cogitant / uel Deos: ex Aegypto soluens nauiga-
 bat ad Troiam. Is ut erat / Deorum & maris ignarus / pro futura na-
 uigatione latissimam nauem comparauerat: quæ uidelicet satis esset
 ad uniuersas simul uoluptates deportandas: eius in alia pars assur-
 gebat in regiam: in qua conspicui thalami lectis instratis / & gesta-
 tiōes pulcherrimæ uidebantur. Egressis autem limen pomaria occur-
 rebant / longe lateq; porrecta / malis cōsita punicis / piris uitibus / po-
 miferisq; plātariis: aliam uero nauis partem balnea cum gymna-
 sio occupabant: Erat præterea hic quidem popinam cernere: illic
 cōcubinarum lustra / illic cœnacula: Nullas præterea deesse luxurio-
 sę urbis / turpissimas officinas. Sed & eadem nauis iucundis colori-
 bus / undiq; depicta gratissimum aspectum præferebat / aurum atq;
 argentum per multum ostendabat: neq; inter eam ac pauidum ho-
 minem / aureis armis ornatum / quicquam ferme intererat: Quamobrē
 admirantes Aegyptii tam nauem / quam uectorē / beatissimum ducebāt.
 Neq; deerat forte / qui cuperet ad tam festiue nauis obsequium ad-

Epicurus

Aetas rex

Thalamegos nauis

SERMO

scribi. Vbi uero soluendi tempus aduenit. tam uasta illa. atq; sum-
ptuosa nauis mouens. egressa est portum. effigiem gerens in sulc
fluitantis: simulq; uulgares alię naues expeditęq; & ad usum nau
gationis probe instructę. itidem soluerunt. Donec autem lenissi-
mus uentus aspirauit: regia illa uauis uoluptatibus huiusmodi su-
perior erat. Itaq; nidore. tybiis fistulis. ceuatisq; cōcentu omnia
opplerat. Vbi uero ex serenitate. repētina oborta tempestas aerem
immutauit: uentusq; ualidus. non sine multo strepitu incubuit:
Tunc primum cōgnitum est q̄tum inter uoluptatis atq; artis usū
interesset. Nam ceterę naues uela contrahentes. fluctibus undę
resistebant. uentum perferebant. infortunium arte pellētes: Cum
interea nauis illa infelix circunquaq; fluctibus iactaretur. perinde
ac uastum hominis corpus. cum uino somnoq; grauātū. prę ebric-
tate labantibus uestigiis. incedit. Neq; n. uel gubernator. uel deli-
cata illa multitudo: quatenus artem exercebat satil sciebant: At
omnes simul inopinato malo perterriti. lugentes iacebant: prostra-
uerat tempestas omnia illa admiranda.

Vastas namq; trabes iecit radicibus imis.

Euersa regia erat: thalamiq; cum ipsis balneis euersi. huiusq; urbis
naufragia iam ad terram appulerant fluctus.

Hos piceam circa iactantes membra carinam.

Meta tulit nigris similes cornicibus unda.

Hūc exitum habuit demens ille insensor. inutilis nauis. importu-
nusq; luxus. Sed reuertamur ad eam orationem: cuius causa supe-
riorem imaginem depinximus: Hęc. n. diligēter inspecta uidetur.
haud breuem quandam nauigationem: neq; paucorum dierū cur-
sum elaborandū a nobis. demonstrare uoluptates cunctas per uni-
uersam uitam: haud longius maritimis illis a periculo distare. Nul-
la tamen ratio me ita instituet: ut putem uoluptatem ipsam bonū
non esse: licebit sane persuadendi studio. q̄tumlibet uires suas intē-
dat. Quod si mihi animum immutare non possit. facile patiar per
omne tempus cum uoluptate uersari. uel ipsius uirtutis minimā
rationem habiturus: Hac tamen lege. si uoluptatem scilicet osten-
derit. periculi. ac doloris esse immunem: queq; nec subeunte pe-
nitētia crucietur. & laudis pręconia mereatur. Verum nihilo plus.

ulcherrima comparatio

TRIGESIMVS PRIMVS LXXXVIII

opinor de uoluptate differens: q̄ de dolore ipso peruincet: Nihil
enim penitus horum natura statuit ad homines. aut sanum. aut sin-
cerum peruenire: sed ubiq; molesta iucundis pmiscens. alterū cū al-
tero cōfudit: usq; adeo ut necessarium sit. eum. qui alterum eligit:
alterius statim participem fieri: tamq̄ enim natura congenita sint:
alter ad alterum uergit: reciprocosq; ortus mutuatur. ac uicissim
uitā permutant. Cur igitur huiusmodi fluxus reciprocatio animū
uerlet: quomodo unq̄ effici possit. ut is indolentiā assequatur? qui
cum prius in bonis uersaretur. ea ipsa paulo post amiserit bona?
Ego cur mari habeā fidem: quamuis uentus minime perlet. sed
tranquillitas late dominetur? Nimirum suspectam habeo eiusmo-
di quietem. Vis tranquillitati ut credam? Age mare ipsum ostende
nulli esse obnoxium periculo.

In quo non hyemis uiolentia: nec malus imber

Lucidus at semper micat. atq; innubilus ether.

Sorte enim quadam eiusmodi affectioni addictus est animus: que
donec uel rectore caret. uel arte. ex tranquillitate tempestatem uere-
tur. in tempestate tranquillitatem requirit. Viri eius uita: qui ad
uoluptatem propensum animum gerit. doloremq; formidat. leuis
est. & sonos omnis. quamuis tenues prohorrescit infidus. & omni
incertior salo. Non uides Homericos procos: ut iuuenilibus occur-
rant uoluptatibus? pingues cibos ut edant? ut sibi ipsis mollem
luxuriam affatim indulgeant. tybiis operam dantes: uinum miscē-
tes. discis sese oblectantes. iaculū torquentes: Quis non huiusmo-
di uiris uoluptatem inuideat? Verumtamen uir uates futuriq; op-
timus coniector hęc ait.

Ah miseros: quorum caput ignorantia texit:

Ne damnum quod non sentitis. scire queatis.

Ante pedes infortunium iacet propinquumq; est

Id ipsum Alexandrū illum admirabilis uoluptatis ex Peloponeso Alexander
raptorē manebat. Confestim namq; extructa est gręcorū classis:
que huic tam cupido uoluptatis sectatori infinitas erumnas: neq;
ip̄i dūtaxat. sed uniuersis ciuibus suis deportaret. Taceo uoluptates
Assyrias q̄s oēs uniuerso cū auro pellicibusq; ip̄is ignis statim absum-
plit. Taceo itidē Polycratē Ioicā delitias. q̄s ēt nex idecora destruxit. Polycratē Ioicę delitias

SERMO

Referta Sybaris erat uoluptatum cunctarum: at neq; illis neq; utē
tibus ipsis interitus pepercit: Syracusani deniq; plurimi uoluptatē
faciebant uerum calamitatibus admoniti redierunt ad frugē: Co
rinthii nequaquā faciebant:

Q VOD VOLVPTAS ET SI BONVM NON TA
MEN FIRMVM: XXXII

Aggressus est proximus atq; odiosus sermo huiusmodi
a nos psuasiōe tentare: uoluptatū uidelicet uacuā periculo
elegi oportere. Plane sophisticus sermo plane grauissi
mus deceptor: qui cū cōsiderare deberet quē potius ordinē cho
rumq; uoluptatis natura quatenus uoluptas est sequi deberet: bo
norū ne an potius malorum: quasi iam cōsideratio euerit: uolup
tatem non ordine bonorū locandā esse: Subīde querebat a nobis
utrum eiusmodi bonū quassari non posset: at quod nā bonū itel
ligat quis lubricū ac mobile. Q uēadmodū enim (ut opinio fert
mea) qui a tota terra firmitudinem ac stabilitatē demere uelit: si etiā
auferat essentia terrę: et qui similiter auferat a sole motū atq; am
bitum circa terrā: auferat etiā substantiam ipsius: Ita quoq; qui de
bono perfectionē atq; firmitudinē detrahare cōtetur: propria utiq;
detrahat naturā. Etenim nullū omnino est tempus: qđ bonū ipm
ad florē perducat: quēadmodū corporis decorē. Iā uero quis ita uo
luptatē considerat: ut cū eā coniunxerit cū bono: nihilominus ipsi
firmitudinē derogat? Si enim necesse ē ut id qđ ē bonū stabile ēt
sit: utiq; si stabilitas a uoluptate discedat: bonū quoq; pariter disce
det. Vter igitur horū sermonū ad persuasionē magis accedit? Is ne
qui uoluptatē cōtendit bonū cēseri oportere: quāuis idē infirmū?
An potius ille qui dicit qđ firmitudine caret: id bonū nequaquā habē
dū eē? Equidē opinor eum uerius loq; qui a uirtute abdicat bonū:
huic tñ bono firmitudinē cōcedit: qđ ille qui uoluptatē inter bona
cōnumerans: munitā tñ eā cōtra picula nō satis arbitratur. Quā
do igitur bonū nō omnino iucundū: sed tñ undiq; ē firmū: et qđ
iucundū ē: non omnino ē bonū: sed penitus infirmū: seqtur alterū
duorū: ut uel qui uoluptatē sectantur: bonū contemnant: uel qđ bo
num sequuntur uoluptatem aspernentur. At ego ita opinor nihil
prorsus esse quod sectatores iuuet: pręterq; bonū. Quāq; sepius

TRIGESIMVS SECVNDVS LXXXIX

accidit: ut spes boni: quamuis a bonitate remota: loco tamen
ueri boni capiat multos: iuxta ac nūmulariis accidit: qui interdum
adulterium nūmum reponunt: non propterea: quod talē seligere
expediat: sed quod ueri spetiem gerens: dissimulatā prorsus habeat
naturam adulterini. Verum quemadmodū qui probandorū num
morū scientiam habent: utiq; sciūt ex arte falsos discernere a ueris:
Ita etiam in bonorū distributione: quēdā ratio cōsistit: quę sciat
a ueris bona ea segregare: quę quidem bonorū spetiem gerētia bo
na tamen nequaquā existunt. Sed fortasse falleremur: perīde ac numu
lariū illi inepti: dum pro ueris ac probatis: adulterinos thesauros as
seruant. Id ne contingat: quam d'niq; considerationem: aut quem
probandi modum capiemus? Age si quis bouē soluens ab aratro:
aut equum a curru: alterius quidē negotiū transferre ad alterum
cōtetur: atq; adeo bouem admoueat curru: aut equum aratro. Dic
Non ne is simul naturę preuaricator existat? simul iniuriam hisc;
animalibus faciat? artem ignoret? compendium nullū referat? In
ad ministrādis deniq; huiusmodi studiis: ridiculū se exhibeat: Age
uero: non ne etiam absurdior erit: qui aues incisus alis: uelit gressi
biles facere: hominem uero coaptatis alis: aeri: tamq; auem de
ferendum cōmittat? Q uando ne fabula quidem Dadalū ferre po
tuerit: tam absurdis artibus operā dare: at eius filium ex ethere ad
terram una cum ipsis alis precipitem egerit: Fertur Carthaginen
sis adulescens: catulū leonis paulo ante ab uberibus matris depul
sum: uenatione cepisse: huncq; haud legitima educatione cicurem
fecisse: extinguens uidelicet bellū furorē: degeneri quadā cōsue
tudine uiuēdi: usq; adeo: ut sarcinis impositis aselli mō p urbē ageret.
At ipm Carthaginēsel necauerūt: legē uidelicet idignātes ab eouio
lari: qđ fortūa priuatus: tyrānū tñ se faceret naturę. Q uēadmodū
igitur genus equorū ad sui ipsius cōseruationē: sortitū est currendi
pernicitatē: Bouum generi labores dati sunt: Alę auibus: Leonibus
uires: aliisq; aliud aialibus: Ita etiā hominū generi peculiarē natu
ra potentia indulsit: qua se ipsum tueretur. Hęc oportet aia esse
ab aialibus singulis: homo si quidē saluti proprię cōsulturus: neq;
uiribus cōsiderē potest: quemadmodū leōes: neq; rursus uelocitati:
quēadmodū equus: neq; honeri ferēdo: ut asini: neq; arationibus:

Dadalus

Carthaginēsis qđ
ne cicurē fecit
iudicib; morte
multatus

Sybaritaxū delitig
Syracusanoꝝ
corinthioꝝ

ut boues: neq; uoluit ut aues: neq; natationibus ut pisces. Verū & in proprietatem quādam accepit: qua uitam suā a ceteris distinguit: quando animalibus cunctis singulę distributę sunt potētię. uidelicet singulis pro necessario uitę usu. Quāobrem singulorū functiones: proprias potentias sequuntur: instrumenta uero ipsas functiones: ac bona. Ad sūmam singulorum animalium bonum: in natiuis operibus consistit: Opera autē in necessario usu: Vfus in facilitate potētię exercendę. Potentia in aptitudine: instrumentorū Instrumenta in uarietate nature. Etenim natura uarietate delectatur: quare animalia singula diuersis penitus armis ad tuendā salutem: & munit & exornat. Non nulla. s. ualidis unguibus: aliqua dentibus robustis: cornibus acutis: pernitate pedū: ardore deniq; irę ac ueneno. Hominem uero cum huiusmodi spoliauerit telis: edidit nudum: edidit glabrum: edidit imbellem: tardipedē sine facultate aliqua uolandī: ad nationem admodum ineptum. At huic latētem indidit fomitem ad salutem conseruandam: quę homines: mētē appellarunt. In qua perpetua: ac salutaris potentia consistit. Hęc uero ipsa uitę egestatibus succurrit: corporibus in idigentis subuenit. Artificiose demum peculiarja cęterorum animalium munera compensat: sitq; omnium p̄cepti: ac ductor: nō alio sane p̄sidio: q̄ huius mentis ratione: ac lege. Si me roges quid de homine sentiam: quomodoq; ad eius bonum ducenda sit consideratio. Respondeo id quod uel de leone: uel de auibus: uel de cęteris animalibus respondi. Quęre ibi hominis bonū: ubi uidelicet uideris negotium hominis uersari. At ubi negotiū uersatur? Nempe illic ubi eius & instrumentū. At instrumentū ubi? Nimirum ubi stimulus apparet: hinc initium cape. Quid ē id quod hominem seruat? Voluptas inq;. Cōmunē rē loqueris: & quę ad uniuersas naturas se ferat? Itaq; cęteris aīalibus anteferri hoīem in honore nō dederim: quādo nō ad hūc solū: sed & ad bouē: ad asinum: ad suē: ad simiā p̄tīcat uoluptas. Quo tādē statuis hoīum genus? quos huic bonorum cōsortes assignas? si uoluptas salutem potēntiam gerit: Quęre deinceps quā sit uoluptatis instrumentū. Opinor multis: ac diuersis occurret: uerū nō ultra oculos: atq; aures instrumentis habendus est honor. Quod si terminus hęc transgressus: alias

uoluptatis uias ingrediari: uide cuiusmodi instrumentis salutem referas acceptam: Tenes instrumenta? functiones eorum expende eluatur lingua: Tabescant oculi: Dissoluatur auditus: Infarciatur uenter: Cetera uero pro petulantia ingenita cōtumeliā exerceant: Habes itaq; instrumentorum functionem bono (quod ante que rebas) occurristi. An uero id salutem? id felicitatē hominis uocas?
¶ QVOD VOLVPTAS BONVM SIT: AT INFIRMVM.
 XXXIII

SOPVS phryx ex ferarū personis cōposuit sermones: *Aesopus*
 mutuamq; earum inter se consuetudinem effinxit: arborum p̄terea ac piscium diuersorum quidem generū: eum generibus diuersis: atq; eorum quidē cum hominibus colloquia induxit: quorum singulis admixta est sententia breuis: quę ueritatem aliquā significet. In his fabulā narrat huiusmodi. Ceruū persequitur leo: is fugiens sese ex oculis leonis subducēs: in profundum coniecit nemus. Leo uero quantū uiribus p̄staret: tantundē uelocitate superatur. Quāobrem accedens ad nemus: pastorem interrogat Num latitantem uiderit ceruū? Pastor uidisse se negat: ac nihilominus interloquendū: protensa manu latibulū ostendit. Leo itaq; ceruū suadit: At uulpes (ea enim semper apud Esopum callida inducitur) pastorem his uerbis alloquitur: Vt tu pavidus simul atq; improbus es: pavidus quidē aduersus Leones: improbus aduersus ceruos. Phrygio eiusmodi enygmata: si uiuat: utetur Episcurus aduersus eum: qui uoluptatem accusat: uerbo tenus uirum se ostendens: cum tamen mentē: perinde ac pastor manū: ad uoluptatem intendat. Enim uero: quis ita discors sit: ut qd̄ excunctis rebus suapte natura desideria hominū: maxime allicit: sponte aspernetur? Alia nāq; quęcunq; homines petunt: aut pp̄ experientiā cognita: recepta sunt: aut arte probata in honore habita sunt: aut ratione discussa fidē acceperūt: aut temporē examinata adamātur: ac placent. Voluptas uero rationis minime indiga: antiq̄or arte experientiā p̄uenit: neq; tempus aliquod expectat: Vex̄ maxima ac naturalis quędā amicitia: quę eā eū equęis corporibus cōiunxit: ueluti fundamentum quoddā aīalis subicitur salutis: qua sublata: qd̄cū

*Aesopus fabula**Episcurus?*

quod creatum est effluere statim oportet. Scientiam namque ac rationem mentisque iudicium ipsum tantopere celebratum ab hominibus: autus etate uir: breui quodam sensuum occursum per experientiam congerens sibi colligit cum uoluptate nemine docente ab natura ipsa suscipiens in ipsis auspiciis uite possideat: eiusque amator effectus doloribus indicat bellum ut pote qui per uoluptatem se ipsum conseruet: per dolores uicissim corrumpatur. Quod si uoluptas abiectum quid sit nunquam ea nobiscum congenita neque etiam eorum: que nobis astruunt salutem uetustissima esset. Nam ex quibus eam celeberrant sophistae ut est Sardanapali luxus ut Medica mollities ut delitiae Ionice Sicule mensae saltationes Sybaritice Corinthice meretrices: Eiusmodi simul uniuersa: et quot praeterea his magis uariae sunt: minime uoluptatis ipsius opera existunt: sed potius artis ac rationis. Cum interdum homines propter artium affluetiam procedente tempore uiolent legem uoluptatis. Ut enim nemo rationem accusat quasi natura non bonum: tamen eius usum aliquis transferat ad id: quod natura nequaquam est bonum. Ita etiam uoluptas accusari non debet: sed illi potius qui uoluptat ipsa abutuntur. Duobus igitur existentibus in hominis animo: uoluptate scilicet ac ratione: si uoluptas ratione temperata nequaquam se a necessariis usibus abducatur: amabiliorem utique reddit rationem. Sin uero ratio uoluptatibus adueniens praeter nimiam copiam earum extulerit modum ab naturali illa delectatione necessarium adimit. Verum tamen non unius hominis tantum uoluptas peculiaris est possessio: sed ceteris etiam animalibus communis. Hocce ais uoluptatis salutiferum firmissimum existere sponsores: quod uniuersa tuetur: quaecumque natura ad accipiendam uitam creauit? An te communicatio illa uulgaris perturbat? quod uni tibi nimium studeas? Solis lucem propterea non amas? quod cunctis ea sit oculis exposita: quasi solum hominem oporteat lucem intueri: quod quoniam ceteris animalibus patet: sic circo homini bonum non ferat? Eadem ratione repudias aerem: quod corpora communiter inspiret ac permeans regat: copiam praeterea fluminum terraeque fructus? Quod si necessaria omnia expendas: communem in his omnium usum inuenias: nullius rei unquam proprietati addictum. Scin ubi uoluptatem statuere debes? In comunione

Medica mollities

delitiae ionice

uulgae mensae

sybaritice saltationes

corinthice meretrices

Sardanapali

uidelicet boni: quod uniuersam sensibilem naturam custodit: Vix quando uirtutis uoluptatem comparatio proposita est: minime profecto committam: ut conuictio uirtus offendatur: haud enim amarum maledicumque esse decet sermonem eum: qui de uoluptate habeatur. Hoc tantum dixerim: quisquis iucunditatem derogat uirtuti: eundem huic ipsi pariter uires praecidere uirtuti. Nil enim in uniuerso genere bonorum non hominum studia repellat: quod uoluptate uacuum sit: quando & qui secundum uirtutem libens in obuiam laboribus: uoluptatis id faciat causa siue ea praesentem se praebat: siue praemittat spem. Ut enim nemo congerendae pecuniae studio drachinam sponte cum talento permutet aut aurum cum aere: nisi cui mentem eripuerit Iuppiter. Sed oportet permutationes ipsas si quidem sint aequilibras permutatori ipsi non esse utiles: pro usu tamen eius: qui rem capit accommodatas: Ita etiam nemo eorum qui laboribus congregatur laborum desiderio laborat: quando quidem haec faciens miserabili amore teneretur: Sed praesentes labores (ut rudiores quidam opinantur) mutat cum honestate. Ut autem illi sentiunt qui uerius iudicant cum uoluptate commutat: Cum si dixeris pulchrum uoluptatem pariter dixeris: quando frustra pulchrum existat: quod iucunditatis est carens. Ego uero putauerim his rationibus contrarium omnino demonstrari: uoluptatem uide licet esse excunctis rebus maxime sequendam: cuius causa quis libens oppetat mortem uulnera labores sexcentaque alia odiosa suscipiat: Quarum rerum quantumuis aliud super aliud causae nomen assignes: ut in Achille libenter mortem oppetente atque ulciscente necem Patrocli Amicitiam. In Agamemnone uigilante cogitante ac bellum gerente regiam curam. In Hectore exercitum ducente pugnante ac uictore patriae salutem: Quid autem non ne uniuersa haec omnia dicis nomina uoluptatis? Nam quemadmodum in corporis morbis accidit: ut quod laborat interdum scissionibus uulsiuibus siti iedie aliisque naturae uestis sese offerat libens: quibus scilicet malis sanitatis redimit spem. Et si spem futuri abstuleris boni abstuleris pariter electionem praesentium malorum. Ita etiam in negotiis humanis uoluptatum sit cum laboribus compensatio: quam tu quidem uirtutem appellas: egoque uirtutem esse concedo. Verum tamen te

Voluptatis patro
cium

Achilles
Patroclus
Agamemnon
Hector

nihil distare gaudium
 a uoluptate sed no
 minū ee multiplica
 tione

rogo utrum animus uirtutem amplectetur / nisi cum ea amicitiam
 gerat? Et si fateris inter uirtutem atq; animū intercedere amicitia;
 uoluptatem pariter fateris: Permutes quantumlibet nomina / gau
 diumq; pro uoluptate reddas: haud tibi copiam nomium inuideo:
 rem potius uideo / uoluptatemq; ipsam agnosco: quæ Herculem
 illum multorum atq; admirabilium laborum familiarem / certato
 rem domesticumq; effecit. expositum belluis aduersus tyrannos
 emissarium: ferorum hominum euersorem / telluris māuefactorē
 expiatoremq; ad Oetam mōtem atq; ignem accedentē: nulla alia
 re præterq; admirandis ac puris uoluptatibus deductum: quarum
 aliquæ in mediis laboribus præsentēs erant / aliq; post exanclatos la
 bores expectabantur. Eiusmodi scilicet pericula / ut libens obiret
 uoluptas ipsa effecit. At tu labores i Hercule tantū itueris: uolupta
 tes: quibus oblectaretur minime uides: Cum tamen Hercules eius
 modi facinora edens uoluptatem sentiret: obquā talia ederet / aut
 alioqui editurus. nisi illa sibi interdum delectationem afferrent. Ba
 chi uoluptates sacrificii obtinent locū: cōmessationes / thyasi / cho
 rus / tibiq; cantus: hæc scilicet omnia Bacchi uoluptates effingūt i mi
 steriis celebratas. Sed qd ego Bacchū atq; Herculem narro? quo
 rum sūt omnia aut cōmentitia / aut Heroica. Socrate afferro. Amas
 Alcibiadem o Socrates? post Alcibiadē Phedrum: Carmidē post
 Phedrum. Neq; te latet attica pulchritudo: cuius rei causa nihil est
 q; uerearis confiteri infamie metu: qdō quidem possit uoluptas cū
 temperantia in amore coniungi: possit etiā cum tristitia & dolore
 impudenter ac flagitiose amari: Quod si absque uoluptate dum
 taxat animū amas / corpus nō amas: Cur Theetetū nō amas? Nepe
 q; simus: Cur Cherfontē nō amas? nepe q; pallidus: Cur Aristide
 mum non amas? nempē q; deformis. Quosnam igitur amas? eos
 scilicet quos aut coma / aut decor / aut lenitas / aut forma cōmenda
 rent: atq; sicut penitus credo te uirtutis amatorem esse iustissimū:
 Ita non dubito / quin ipsum queq; animum ames ob uoluptatem.
 Neq; enim corpori non credo q; calet igni: non sole oculis illustra
 tis / non auribus / qual tibia demulsit: non Hesiodo a musis edocto:
 non Homero a concentu Calliopes erudito / nō Platoni ab Home
 ro magnificato. Prorsus hæc omnia a uoluptate trahuntur / oculis

Socrates
 Alcibiadis
 Phedrus
 Charmidis
 Theetet
 Chereph
 Aristudom
 Hesiodus
 Homer
 Plato

aures / corpora / atq; sermones. Sed & Diogenem illum / quid aliud
 q; uoluptas coniecit in dolium? et si eum pariter impulit & uirtus:
 cur uoluptatem de ratione deturbas? Haud minus iucunde Dioge
 nes usus est dolio q; Xerxes Babylōe: haud minus sicco pane q; cō
 dito iure Smēdirides: haud minus fontibus undecunq; seaturienti
 bus q; uno Coaspe Cambyse: haud minus etiam sole q; purpure
 is amictibus Sardanapalus: haud minus libenter baculum gesta
 uit q; hastam Alexander: haud præterea minus mastram dilexit q;
 tesaurus Cresus. Quod si uoluptates cū uoluptatibus compares
 superiorem in his longe Diogenem inuenias: quandoquidem uo
 luptates illorum / & si iucunditatem haberent nūq; tamen fuerunt
 a dolore separatæ. Angitur itaq; Xerxes superatus i pugna: Luget
 Cambyse uulneratus: Flet Sardanapalus exustus. Lachrimatur
 Cresus captus in pugna: Dolet Alexander bellare prohibitus.
 At sunt uoluptates Diogenis / luctus omnino / gemitus / lachrima
 rum / ac doloris expertes. Tu qui uoluptates Diogenis / labores ap
 pellas: cum ex improbitate ingenii tui metiris: qui rebus iis / ex qui
 bus Diogenes uoluptatem sentiret / acciperes dolorem. Ausim ego
 hoc affirmare: Neminem tam exacte uoluptatem adamasse q; Dio
 genem: qui neq; familiam pauit. Odiolum est enim familiam rege
 re: Ciuilem administrationem minime attingit: anxium nimirum ne
 gotium: haud expertus est nuptias: qui de Xantippe audisset / libe
 ris educandis haud operam dedit: in quibus grauiā multa perse
 xisset: Verum molestiis omnibus pullis / liber curis / metu doloreq;
 solutus / uniuersam terram pascabatur / perinde atq; ea uni sibi / ue
 lut una attributa fuisset domus / patentibus / incustoditis / atq; afflu
 entibus herens uoluptatibus. Diogenem mittamus / ac potius ser
 mones uertamus ad legis latores / politiasq; ipsas / expendamus: dū
 tamen minime reris me ad sybarim iturum: aut mollissimos syra
 eusanos uelle recensere: Non uoluptarios Corynthios / non diuites
 Chios: non Lesbios optimi uini possessores: non Milesios pretios
 sis uestibus utentes: ad principes ipsos accedo Athenienses / ac La
 cedemonios expendo. Et in lacedemoniis quidem uerba / plagas
 q; diuinas uenationes / cursus / tenues cēnas / gramineos toros con
 siderans earum rerum delectationem agnosco. Euge Lycurge / ita

Diogenes
 Xerxes
 Smēdirids
 Coaspe
 Cambyse
 Sardanapalus
 Alexander
 Croesus
 Xerxes
 Cambyse
 Sardanapalus
 Croesus
 Alexander
 Ochofum: fam
 liam regere
 Xantippe
 Diogenis quot
 luptatib) frue
 Corinthij uolupt
 Chij diuites
 Lesbij optimi uin
 Milesij preciosan
 uestium
 Lycurgus

paruis laboribus uoluptates magnas opponis? ac minima dans recipis magna? pro diturnis scilicet laboribus perpetuas uoluptates accipere? Quas nam Spartiacas uoluptates narrabis? sine menibus urbem liberam metu ab igne intactam hostiles uultus peregrinos clypeos nunquam intuitam: que nec luctum nec miseras audierit. Quid enim homines peius exagitet quam metus? quod seruitute molestius? Quid necessitate durius? a qua (si ciuitates tentari non sinas) uni quidem rei per multas uoluptates opponas. Huiusce uoluptatis Leonidas alumnus fuit. Eiusdem Othriades Callicratides: qui quidem neci obuia euntes honeste obierunt. Quales uoluptates sequentes? utique ceduntur membra ut uniuersum corpus ad sanitatem deducatur. Sparthę membrum Leonidas fuit: qui pro uniuersa occubuit Spartha: Membrum itidem & Othriades & Callicratides. Itaque incisione minimi membri patrię uoluptates seruatę sunt. Nam quod oportet Atheniensium facta memorare? quorum ciuitas omnis celebritatum & hilaritudinum referta esset. Nulla enim pars anni uoluptatis ullius sorte carebat. Verum quidem Dionysia mysteria: Autunus alius denique Deus tempestate aliam habuit Panathenę Scirophoria Aloa Apaturia. Et Athenienses quidem classe decertabant domi uero festa celebrabant. Terrestrem ineunt pugnam festa ducunt in insula: Sed neque bellum ipsum quod quidem tristissimum est uoluptate uacuum fuit. In huius namque usum thyrrenicam tubam tremiticam tibiam cantumque ad pugnam incitamentum excogitarunt. Affluentiam ne agnosceis uoluptatum?

QVIS SIT PHILOSOPHIAE FINIS XXXIII

A GNI negotii est ad rationem ueram peruenire: Quo enim maior ingenii uis est eo maiorem humanis animis iudicandi parit angustiam. Quamobrem cum ceteris artibus contingat: ut ad inuestigationem procedentes inuentionem cottidie exacuunt: qua singule peritius propositum opus attingunt. Sola philosophia huic periculo subicitur: ut quo uerior est: eo magis aduersas atque equilibres effundat rationes. Similis in hoc agri colono: qui cum maiorem instrumenti rustici copiam possideat: agello

tamen infructuosiore utatur. Sane ciuilia iudicia & suffragia & iudicium confessus & oratoris ingenium dirigunt. Nos uero qualem forticemur in presentia iudicem? quoue suffragio diiudicamus uerum? Num rationem dicis? At nullam inuenias: que aduersaria careat. An magis affectiones? Huius quod infidum iudicem narras. Multitudinem ne? Quasi mortaliu pars maior non caliget incertitia. Quid igitur? num ad opinionem iudicium hoc deferes? At huius quoque pars maior deterioribus capitur. Quia propter eum in presenti consideratione inter uirtutem ac uoluptatem certamen propositum sit: uoluptas uel sua uirtutem expellet: Cum apud opinionem maiorem auctoritatem obtineat ac multitudinis testimonio meliori utatur causa: in affectionibus postremo dominetur. Superest ut nullum aliud uirtuti: preterquam ad rationem per fugium pateat: hoc quoque haud integra est: sed scinditur in partes: quarum aliqua patrociniu suscepit uoluptatis: de qua pulcherrime nescio quis differens: uirtutem deprimere uidetur: principatumque a uirorum senatu ad conclaue mulierum transferre: sed & habitum philosophi sumit: et nomen ad se putat pertinere. Aufer obsecro mi homo philosophi nomen rationemque. An non animaduertis disputationis totius fundamenta peruertere? Quid enim philosophię cum uoluptate comune? quarum alterius sectator Philodonus id est uoluptatis amator. Alter philosophus uocatur. Nec minus alter ab altero re: quod nomine discrepat & genere ut Lacedemonium ab Attico ut Barbarum a greco. Vbi enim te prius Spartiate? Grece: um Doricum & Heraclidem professus Medicam dein ceperis tiaram barbaricam mensam: & persicam armam maxam admirari: statim persicissas statim & barbarissas. Pausaniam perdis: Medus efficeris: Mardonius es: quare & nomini simul & generi repudium te mittere oportet. Nam multitudinem laudare uoluptatem facile patior: cuius animi sint sordidi & ab ipsa ratione penitus deuii. Quin potius huius affectiones misericorditer specto & ignorantie ueniam concedo. Epicurum autem philosophum se facere aut philosophiam ipsam lasciuire que modo fera? Nam neque Imperatorem: qui paratum deserat exercitum: & se fugere prebeat Ducem: neque colonum qui segetem incendat: neque gubernatorem qui mare reformidet ferre possim. Nauigare te oportet exercitum

Leopidas
Othriades
Callicratides
Dionysia
Autunus
Panathenę
Scirophoria
Aloa
Apaturia

pulcherrima sententia

Harmamaza
Pausanias
Mardonius
Epicurus

SERMO

ducere oportet: colere agrum oportet / quibus negotiis impartien-
 dus est labor: At nullum pulchrum atq; honestum laboribus ca-
 zaret: Quod quidem si dixeris trahere secum uoluptatem: con-
 do. Ita tamen ut uelim pulchrum ipsum ante ire uoluptati.
 Id princeps unicus esto.

Cui dederit genitus Saturno scepra sagaci.
 Si uero ordinem commutat uoluerit / uoluptatemq; ducit ratione
 autem satellitis locum obtinere / Non ne cognoscis q̄ grauem aīo /
 q̄q; inexorabilem tyrannum imponas? Cui seruire necesse est im-
 puram nimirum seruitutem ac uariarum cupiditatū obsequio ab-
 dictam: ut q̄ libet turpe / atq; inuistū eius imperium detrectare nō
 possit. Quo. n. uoluptas licentia adiuta sibi terminum statuatur? lam
 uero satil constat hunc tyrānū profundissimā appetitionū īgluuiē
 habere presentia cōtemnere: ea tātū appetere: quorū sit copia angu-
 stior. Est. n. ppter affluentia elatus: propter spē leuissimū / propter
 facultatē cōtumeliosus. Hic inq; tyrannus turpia cum honestis cō-
 misit / Iniustitia aduersus iustitia / Intēperātia aduersus modestiam
 armavit. Cum tamē minimo negotio corporum necessarius usus /
 suis cupiditatibus sedādis modum inueniat. Sitit quis ubiq; sunt
fontes. Esurit quis presto est fagus. Sol quem cernimus. plus ipsi
clamydibus tepescit: Num prata uarietate colorum spectacula cū
eta non superant? Num flores naturalem odoris suauitatem non
emittunt? Haecenus uoluptati constituti sunt fines: hīq; necessa-
 rio naturē usu duntaxat terminantur. Quibus si transgressis ulte-
 rius irruperis: uoluptatibus in immensum usq; excursum ademe-
 ris frenum: uirtutesq; penitus a uoluptate disunxeris: Et hoc est
 quod satietatis perimit modum: & tyrānides parit. Inde est / ut p-
 sarum Regi neq; locus Palargadē / neq; Cyri sufficiat Nasturciū:
 At necesse est uniuersas Asiē partes in unius uiri uoluptates alean-
 das simbolam cōferre. Quamobrem Mēdia Nylēū nutrit equū
 Ionia mittit pellices grēcas: Babylonia barbaros eunuchos: Egip-
 tus uarias artes: Ebur India. Arabes odoramenta: Ipsi deniq; ami-
 nes regis uoluptatibus deseruiunt. Vt Pactolus aurum mitten-
 do: Vt frumentum Nilus: Vt Choaspes aquam: Atq; utinam tama

Palargade
 Cyri nasturtiu
 Ipsi equi
 omne pellices grēce
 Babyloniē eunuchi
 Aegypti artes uariē
 India ebur
 Arabū odoramenta
 Pactoli aurū
 Nili frumētū
 Choaspis aq̄

TRIGESIMVSQ; VARTVS XCIII

affluens largitio desiderium compescat. Nam non uides / ut pere-
 grinam concupiscat uoluptatem? propterea Europam inuadat /
 Euertat peonas: Eretriam capiat: Marathonem adnauiget. Vnde
 quaq; demum errabundus incedat. O paupertatis miserimum ho-
 minem. Nam quid obsecro continua hominum cupiditate egen-
 tius? Vbi enim semel animus supraq; necessarius exigit usus uolup-
 tatibus indulxerit: priorem continuo fastidit: nouarum cupiditate
 detinetur. Et hoc est quod Tantalus significat enigma: continuam
 uidelicet uoluptarii sitim: ut cum oblectatiōum interdum latices
 affluant. recedant interdum / propterea cupiditatum refluxus exci-
 tetur: Quibus tamen cupiditatibus infestissimus dolor: metus: ac
 perturbatio permixta sint. Nam quidnam homines timere peius
 solent: q̄ ne presens uoluptas elabatur? Quoue etiam uehemen-
 tius angit: q̄ ne absens propius non accedat? Quia propter necesse
 plane est uoluptati operam dantem moeroris nunq; iucunditatis
 semper sensum intermittere. Iccirco eū confusissime uiuere: ac mul-
 ta ambiguitate oppressum esse. Cernis modo / quem aut qualem
 tyrannum statueris animo? qualis scilicet sit Atheniensibus Cri-
 tias. Solone eiecto: aut Lacedemoniis Pausanias amoto lycurgos
 Ego. n. qui libertatem concupisco opus habeo legibus / rationis in-
 digeo: Hęc mihi rectam / fidam tutam / sufficientemq; felicitatem
 prestabit: non autem humilem uel seruilibus artibus refertam:
 quibus auctus si fuero / hoc emolumentum lueror: scilicet ut Ho-
 merici illius exemplo / crustula petam ostiatim: pelles & ollas con-
 sequar: Absurdiora preterea: ut prandium a Mitheco: uinum a Sa-
 rrambo: Meretriculam a Cono: Cātilenā a Milelio accipiā. Equis
 cupiditatibus hīcē modus accedat? Quis erit obsecro uoluptariē
 felicitatis terminus? Quonam loco consistemus? Quisue huius
 uictoriē premiū feret? Quis tam beatus uigilans / atq; idustrius
 sit: quem neq; noctu / neq; interdiu punctum temporis ullum / uo-
 luptatū ulla remittat? Sed ei in omnes animus partes extendat sen-
 sus: Vt sicut Polypus marinus / crinibus sparsis haurit alimen-
 tum: Ita hic sensibus simul omnibus uoluptates / simul omnes
 affatim eliciat. Fingamus imaginem (si placet) uirum uoluptatis

Tantalus

Tantali fabule
 allegoria

Critias

Solon

Pausanias

Lycurgos

Homerus

Mithecus

Sarrambus

Conus

Milesius

Prandiu

Vinu

Meretricu

Cantilena

Polypi natura

SERMO

utentem felicitate: gratissimis coloribus aspectum satiantem. Lucu-
 tissimis sonis auris demulcentem: suauissimos vapores haurientem:
 uarios sapes degustantem. lenissimis solum teporibus. ueneris
 titillationibus libidinem explentem: Si quidem uoluptatem hanc
 etiam iteriecta ruperit mora: aut eam aliter alia uis distraxerit in
 partes. sensusque disiecerit: non ne id statim felicitatem illam hebe-
 eabit? Quidquid enim presentia sua oblectat: id etiam abscedens. mo-
 lestiam parit. Et quem nam animum inuenias? qui si tam multam
 ingruentium uoluptatum substineat turbam: ut quiescendi ac re-
 spirandi locum non habeat? non miseria perditum se putet? non ali-
 quam dilationem requiemque a perennitate luxurie exoptet? Ex in-
 ueterata namque uoluptate oritur dolor. Cui nam igitur minus cre-
 dendum sit: quam miserandam felicitati? Summe Iuppiter. Diique omnes
 patres. et opifices maris ac terre: Quale est animal hoc. quod in
 extremum hunc angulum coniecistis? quod illud audax proca. loquax.
 quod indigum boni: ut a uoluptatibus exeditur. ut populariter fertur.
 O fret. ut nunquam natum prolem ue dedisset.

Vniuersum genus hoc dico. Si quidem futurum erat. ut nullum
 aliud pretiosius munus. a uobis quam uoluptatem esset accepturum.
 Quid ais? Num non longe preclarius abstulit munus? Pro Ioue
 enim secundum Homerum est respondendum. Habet inquam. habet
 a Diis mentem ac rationem: uitamque accepit ex mortali. atque immortali sub-
 stantia permixta: ueluti quoddam animal: cui in meditullio constitutus est
 locus: quodque corpus de caducitate mortali mentem uero de immortali
 featurigine sumpturum esset: proinde ad corpus proprie uoluptas
 ad mentem pertinet ratio. Sed de proprietate corporis. brutorum
 etiam genus sibi uendicat partem: sua uero mens est. Ibi ergo
 animi bonum. ubi operationem inspexeris. Operatio. ubi eius apparet
 instrumentum: Instrumentum ubi seruatrix uis est. Ab hac itaque uis ser-
 uatrice incipit. Vtrum utro dixeris seruari a corpore. ne animum: an ab
 animo corpus? Id si iudicaueris recte seruatore inuenisti: Quod instru-
 mentum animi dicis. Mentem dico. Mentis ergo querendum est opus.
 Quod mentis opus intelligis? Prudentiam intelligo: atque ideo
 propositum bonum inuenisse te dico. Quia propter si quis partem

TRIGESIMVS QVAVS XCV.

hanc hominis uocalem. Deoque gratiam contempnes. ad exaturandum
 abiectum illud animal: petulans. uorax ac uoluptatibus inhians
 (corpus intelligo) se conferat: cui nam preclaram hanc educationem
 assimilare possimus? Fabule (me Hercle) huic: In Pelio poete aiunt
 fuisse olim Thessalicum genus: corporibus nimirum formatis absur-
 de: Quorum. scilicet umbilicus subter haberet speciem equinam: hanc
 uero propter compositionis irrationalitatem. ferino ritu ali necessa-
 rium fuisse. Ideo tamen si hominum more. & loqueretur & cerneret:
 brutam nihilominus naturam pastu. atque incessu fatebatur. More
 enim hominum uidebant: concubebant ut bellue. Euge poete. poe-
 tarumque filii. patres antiquae ac nobilissimae muse. quam manifeste nobis
 inuistis uoluptatum uinculum esse? Quotiens enim contingit
 ferinas partes tyrannidem capere. cupiditatesque incensas nobilitatem
 animi constrictam detinere. propter turpitudinum obsequia: homo
 in belluam uertitur. Hec sunt Centaurorum fictiones. Hoc Gorgo-
 nes. Chimerae. Geriones. Cecrops sibi uolunt. Aufer appetitiones
 uentris belluam ab homine detraxeris: Aufer pudendorum libidi-
 nem: mutilaueris brutum. Donec enim nobiscum eiusmodi hec con-
 iunxerint. ac nutriantur: aut quotiens quis ad huiusmodi scelera pro-
 pensus sit: necesse omnino est. cupiditates imperium arripere: ani-
 mumque earum uoces personare.

Centaurorum ficti
 qd significat

Gorgoni
 Chimerae
 Cecropis
 Geryonis
 Alle
 xv

QVOD EX LABORIBVS ET INFORTVNIIS
 EST UTILITATEM ACCIPERE. XXXV.

RAVE profecto est Deos inter bonum ac malum
 commercium omne substulisse: statuentes alterum cum
 altero nequaquam misceri. eorumque naturas separantes: perin-
 de ac diem a nocte. tenebras a luce: ignem ab aqua: Quorum sin-
 gula si ad complexum contrarii ducens: uelis eorum differentiam si-
 mul conflare: ex eaque communem quandam construere naturam: utriusque
 proprietatem destruxeris. Homines autem ipsos. qui sponte beatam uitam
 sectantur. ultro huic ipsi beatam uitam malum admiscere? Quod si quis
 Deorum his hominibus annuerit. ut uiuant interdum in clarissima

continuamque luce peruigili ac nihil nocturne quietis indigente: credibile est hos ipsos homines grauius laturos solem nunquam abscedere neque umbrę uicissitudini concedere. Mane quęso mi homo haud ineptum accipies responsum: sicubi aspectus hominis sit: qui perpetuam sustineat lucem: aut si modus inueniatur sistendi solem a circulari illo decursus ita ut supra terram suspensus. istar clarissimę lampadis in excelsis aliquo loco accensę continuam ad nos lucem demittat. Si quidem hæc queant fieri atque adeo constiterit sol: oculique in eum intenti continuū ferant intuitū: Quis erit adeo fatuus: adeo demens: adeo præterea in desideriis suis infelix: ut uel noctem uel tenebras uel oculorum desidia affectet? amecque corpus eadueris cuiusdam in morem humi proicere? Quod si facilius oculi uigiliae quam sol moram aliquam ferant: facilius item sol consistat: quam oculi uigiliam perpetuam ferant: nequaquam opere pretium extabit consuetudinem lucis exoptare: sed magis necessarius erit his oculis congressus noctis. Eodem prope modo amor se habet ad bonum: Cupit animus bonum. cur. n. non cupiat? odit malum. cur. n. non oderit? Verum neque quod cupit assequi: neque quod odit uitare omnino potest. Non loquor animum impurum. Is enim cum pessimus sit et bonorum omnium expers. In summa spectandi facultate minimum si des. & in ipsa felicitate maxime caducus. penitus exploditur. Probū loquor ac sapientiam spectantē. Quare age uideamus utrum hic animus uirtutem assumens. fecunditate quadam uitę. ac fortunę assequi possit: ut in perpetua felicitate diuersetur. An potius dicendum sit. perpetuitatem illam humanę penitus nature interdicitam: cum in eo itinere. quod probū animū ingredi oportet. magnus numerus sit impedimentorum: quę ueluti foueę. anfractus. barathra atque aggeres. illaqueare queant. uelociter currentem: in quibus itineris ignarus. segnis ad cursū. impos transiliendi & ad pretereundū ualde ineptus. ac tibi ubas. pedem offendit. labitur ac trepidat: Strenuus uero cursor ac uigilans. pro uiribus corporis uelociter currit: pro peritia minime errat. pro arte tuto conficit cursum: Nouit autem quę plana sit uia. quę ue offendiculis careat: quę suffossa: quę transmissione necessariā exposcat. prouiderique a currēte non possit. Hoc idem Homerus significat de uita Vestibulum ante ipsum duplex iacet urna Ionanus

Homerus

Altera malorum plena est: quę bonum nullum habeant admixtum: Altera ex utrisque est temperata: Tertium namque uas in quo mera bona posita sint: minime inuestibulo Iouis inuenitur. Ipse autem Iuppiter ex altero hauriens (si credideris Homero) miscet hominum generi sincerorum malorum liquorem perualidum. uiolentum. plenum. scilicet. dissensionibus. furis. tumultu. metu. sexcētisque aliis arduis. ac solidis malis. Ex altero (ut idem dixerit Homerus) laticem depromit ex bonis. ac malis temperatum. At ego mixturam intueor: fidemque habeo sermoni: sed tamen libet melioribus uerbis. Iouis distributionem eiusmodi enarrare: Quę ita se habet. Virtus atque improbitas animi fontes existunt Iouis doliorum: Quarum quidem improbitas uberem. ac precipitem uim euomēs aque: uitam confundit ac perturbat. haud secus quam impetus torrentis hiberni. sata plantationesque euertere solet: odiosus agricolis. pastoribus infensus. uiatoribus aduersus. Infructuosus. sterilis. inutilis. damnosus. Vicissim uero uirtutis fontes. cuiuscumque animum irrigent: huic perpetuam uitam fructuosam. cultam. consumatamque efficiunt. Verum sudare agricolam oportet. laborare oportet: duriter uiuere oportet: haud enim Egyptius in uno tantum Nilo spem locat: neque agello prius semina committit. quam aratro iuxerit boues. quam noualia profecerit. dum denique laborauerit: post hæc annum ad irrigationem operum suorum deriuat. Hęc commistio est fluiui cum agricultura. spei cum labore fructuum cum duritie: Sic quidem mala conglutinata sunt bonis. Quamobrem si placet. aufer nomen odium. consuetudinem boni ac mali intelliges. nequaquam propter se ipsam a laborantibus inductam. Si nauigaturus accesseris ad portus. gubernatorem minime eliges tempestatum inexpertum. neque eum. qui nunquam uiderit salum: sed qui potius ex periculis multis. atque experientia malorum sibi artem astruxerit: Ego quidem Imperatori minime credo. bellorum omnium perpetuo uictori: qualis apud Athenienses Nicias fuisse: si quidem Nicias ex Sicilia incolumis redisset: Quis ualis etiam Cleon. si modo populū Cleon temperatius regens. ex Amphipoli reuersus esset. Cum enim uideo quem sine intermissione secunda affaluerit fortuna. siue gubernator siue Imperator existat: siue priuatus. siue princeps. siue uir. siue etiam ciuitas huius fortunę: tantundem prope existimo credendum

Solo
Croesus
Amasis
Polycrates
Orontes
Cyrus

esse. quantū Solon credidit Croeso aut Amasis Polycrati. Crēsus quidem habuit tetrām equis ornatam. Polycrates mare nauibus instructum. Sed quę tandem firmitas fuit in utroq;? Haud. n. Crēsus in terra. haud in mari Polycrates. satis firmitatis inuenit. Verū Polycrates ī Orontis potestatem deuenit. Crēsus Cyri mancipiū fuit. Longa uidelicet felicitas excepta est ab ingruentibus malis. ob eam precipue causam. Solon Crēsum minime felicē putauit. sapiens enim erat. ob eādem Amasis repudium misit amicitie Polycratidis: quem scilicet obnoxium proximo infortunio pręsensisset. Qua propter ego eam uitam probauerim. quę degustauerit malum: dum tamen id tantummodo delibarit.

ultrā & nota dignū

Inspersit tantum labia arefcente palato: Virtutem quidem instructam: sed ea aduersus inuitam fortunam utentem. Nam & si oculi maxime ex cunctis coloribus. clarissimo gaudent. si tamen ille oppositum habeat phęum: uoluptatem eis minime cōturbat. Si ad felicitates aliquantulus accesserit dolor. Is me Hercule facit. ut magis sentias uim. & felicitates ipsas agnosca. Sitis est quę lucūditatem astruat bibendi. Esurians edendi. Nox facit oculis gratissimum solem: post solem oritur desiderium noctis: post saturitatem. queritur fames: sitis post ebrietatem. Quod hęc si uicissitudinem tollas: ex uoluptate efficies dolorem. Ob eam causam ferunt Artaxerxem Persarum regem. cum ī diutina sensuū uoluptate. perpetuāq; tranquillitate. uitam transegisset. felicitatis nullum sensum habuisse. Cui. s. Asia epulas conferret: poculū propinarent extunctis omnibus optimi. Infinitę pręterea artes. eius uitę de seruirent: At hic in expeditione gręcorum transmarina decemmillibus gręcorum atq; acerrimis ducibus congressus. ac uictus: ubi sese in nudum tumulum recepisset ex fuga. in eo coactus pernoctare infelix tunc primum sitis habuit sensum. ubi neq; Coaspes. neq; Tygris. neq; Nili suppeteret copia. Non calices. nō propinatores adessent. Itaq; satis se felicem putauit. cum exfetido utre poculum ab homine Mardo accepit. Ac tum demum miser quis esset sitis usus. simul etiam cuiusmodi esset uoluptas bibendi nūq; id prius expertus intellexit. Homines ergo uoluptatum satietas capiet. felicitatum minime capiet. Harum (me Hercle) satietatē epu

heus color

Artaxerxes

de Artaxerxe notandū

larum. atq; ebrietatis satietate molestiorem esse censuerim. Vides ut neq; etiam Achilles ocium. neq; silentium Nestor. neq; securitatem ferat Vlyxes? Cum liceret Achilli uiuere. atq; imperare Midonibus. Ithacā terram excolere. ac senectutem Pelei alere. Nestori item in Pylo in pace. atq; otio senium ducere. Vixi itidem in domo remanere circa opacum foliis. Neritum in terra uirorum altrice. Demū uero penes Calypso ī ūbroso. atq; irrigno ātro nympharum obsequiis eblandito. senectute. ac mortalitate depulsa. At neq; otium. neq; immortalitatem ipsam uoluit accipere. quę aliena esset a consuetudine uirtutis: quam qui uersare decreuit. humanis casibus obiectus cogitur sepiissime clamare.

Achilles
Nestor
Vlyxes
Peleus

Calypso

Sustineas cor. namq; olim grauiora tulisti. Quę. n. memoria Vlyxeni commendet? si quidem de eius uiri uita auferas labores. Quid etiam Achillē dempto Hectore. ac Scamandro demptis nauibus. urbibusq; duodecim. ex quibus undecim positę essent in continenti efficiat clarum? Herculis nāq; originem nulla alia causa est. cur Homerus rettulit ī Iouem: q̄ qui in mediis periculis. diuersans perpetuū cum his gesserit bellum. De me de Herculis historia bestias feras: Deme prępotētes Tyrānos. sursum ac deorsū itera. grauiaq; illa uniuersa: Herculis uirtutē mutillā reddideris. In Olympiacis pythiisq; certaminibus. minie fas est oleastro coronari. ac malo eum qui secum ipse decertet. Ut uictor pręconio declareris. opus est emulo. in stadio uitę humanę. ac presenti mortalium certamine. Quęmnā aliū dicas aduersarium. qui optimo uiro opponatur. pręter tentatiōem malorum? Age prouocemus aduersarios instadium. Qui nam procedent ex Athenis? Cum Socrate. s. Melitus. carcer ac uenenum: ex Academia Platō: tyranni iracundiam sustinuit. fretum sepius transmisit: pericula adiit immensa. Descendat in stadium aliud quoq; atticus pugil. qui cum Tisaphernis periurio. cum insidiis Argi. cū proditiōibus Memnoniis. cum regis impetu pugnavit. Vsq; ex Ponto opus est certatorem arcessere: Nam & hic ualidum congressum. cum aduersariis duris: paupertate uidelicet. in gloria fame. ac frigore sustinuit: cuius quidem exercitationem maxime laudo.

Hector
Scamander
Homerus

Oleastro ac malo coronabantur in Olympiacis pythiis q; certaminibus

Socrates
Melitus
Plato
Memnonis
Tisaphernis
Areus
Memno

Qui foede incutiens ipsi sibi uerbera plagę

Iniecit lacero's humeris pannosus amictus:
 Quare paruo negotio uictoriam obtinuit. Igitur uiris huiusmo-
 di coronam decerno: libetq; eis pro uirtute certantibus / preconiū
 uictorię concedere: Quos si auerteris a pugna aduersus infortūia
 desumpta: eis & coronam & preconium demas. Tolle Athenien-
 sium ad Marathonem uoluerem cursum / necemq; eo appetitam
 in loco / Manū Cynegiri succisam / Polyzeli ifortunium / Callima-
 chi uulnera: Quod uid nam aliud Atheniensibus ad gloriā relin-
 quitur: Preter Erechthei ac Cecropis fabulas / minime a posterioribus cre-
 ditas: Ob hanc precipue causam / per diu Lacedemonii libertatem
 conseruauerunt: q; nequaq; in pace otium alebant. Verbera plagasq;
 ac consuetudinem malorum / ipsis uirtutibus permiscentes:

Cynegiri
 Polyzelus
 Callimachus
 Erechtheus
 Cecrops

Q VOMODO Q VIS AD AMICVM SE
 HABEAT XXXVI

OTES dicere quos nam commemorans Homerus si-
 benter similes Diis genitos Ioue Ioui in cōsilio equales
 uocat? Quos nam alios preter optimos illos Agamem-
 nonem / Achillem Vlyxem atq; alios non nullos quos idem Ho-
 merus commodos censuit ad laudem designandam. Quod si eos
 non fecisset similes Iouis sed potius Machaoni medico / Calchati ua-
 ti Nestori equestri / Menestheo ordinum structori / Epeo fabro / ac
 Nireo formoso. Numquid non possis comparationis causam assi-
 gnare? uel potius hic similitudinem quidem agnoscis. Illic uero po-
 tes tantum dicere eos esse similes Iouis: et laudare comparationis
 inuentionem: Inuentionem tamen non satis intelligis? Age iā ego
 mentē Homeri pedestri sermōe / homo minime poeticus narrabo:
 Vocat Homerus Iouē deorū atq; hominū p̄m. Putas ob eā causā
 q; delapsus e celo / sumpta modo auis / modo auri / modo alterius
 alicuius rei persona: peteret mulierum mortalium complexum?
 Dum serit in primis magnorum semina regum /
 Id si fecerit Iuppiter: ne admodū paucos filios habebit. Verę eā ratio-
 nē sequitur Homerus: ut hęc dicens referat causam i Iouē procrea-
 tionis / ac cōseruationis huiusmodi generum: Propterea eum patrē

Homerus
 Agamemnon
 Achilles
 Vlyxes
 Machaon
 Calchas
 Nestor
 Menestheus
 Epeus
 Nireus

appellat: Quod quidem nomen antiquissimum omnium est: ex
 his quę amicitiam designant. Esto hanc rationem de Iouis deno-
 minatione reddi posse. quę uero de similibus Iouis dicta sunt / ali-
 ter se habent. Non uides ut Salmoenus minime a poetis Ioui com-
 pararetur: qui tamen si torquere fulmen putaretur / & imitaretur
 tonitruu fragorē ac fulguris lucē: tamen potius Therfiten: qui imi-
 tari Hectorē uellet: q; Iouē reddebat. In quo igitur heroes illi Ioui
 similes erant? Nempe imitantes proprietatē illam Iouis / ex qua &
 salus & dilectio & paterna quodāmodo cura / in Deos atq; homines
 demanet. Hoc est in quo mortaliū uirtus / diuinę uirtuti similem se
 facit. Et qd apud superos Themis / id est fas ac Iustitia uocatur: quod
 q; aliis quibusdā nominibus occultā significationem habentibus /
 ac diuinę maiestati accomodatis exprimitur. Apud homines uero
 amicitię ac gratię nomine / quibusdamq; aliis uocabulis / humani
 tatem & beneuolentiam denotantibus signatur. Etenim humana
 natura posterior ualde est diuina uirtute: cum cunctis quidem i re-
 bus: tum etiam in propagatione amicitię. Ea enim minime perti-
 nit ad omnes similitudinis modos: Verū pecudum more concilia-
 tur / dum taxat cum eiusdem gregis consorte: uoti q; etiam sit / ut id
 omnibus contingat: Vt enim nunc est sepius cernere licet / eodem
 in grege sub uno eodemq; pastore contentiones permultas dissen-
 sionesq; ipentium se inuicem cornibus ac morlu. In quibus uix
 scintillam aliquam amicitię manifeste perspicias / tamen si una cōpa-
 scuntur / cibos potus / indumenta / ceteraq; omnia / quę ad usum cor-
 porum necessaria sunt / permutatiōe homines cōparant aris / ac fer-
 ri prestantiora quędam auro atq; argento: Cum uel maxime liceat
 metallorum arti / salute multa dicta: ea iuicem omnia sine pretio su-
 mere / mensura quadam omnium iustissima: ut uidelicet indigens
 a possidente necessaria exigat / possidens uero / cui superfluat res in-
 digentem capere / ac sibi habere permittat: Inter quos retributio lo-
 cum non habeat. Lycū glaucum pro accipiēdo aere aurum dan-
 tem / et arma quę centum bubus conferrētur / ne uem boum mer-
 cede permutatē notat Homerus: Qui si post haberet estimatio-
 nē acceptę rei / presenti pretio soluere: at potius retributiōis equā
 ac gratuita mensurā cogitaret: rē profecto faceret / equis utriq; p̄o

Salmoenus
 Therfiten
 Hector
 Themis

Glaucus hęc
 Homerus

deribus libratam: Nunc uero cauponantiū plena sunt omnia plena mercatorū: plena incommode cōtrahentium: tam eorū: qui uersantur in foro: q̄: qui uel maritimam: uel terrestrē mercaturā sequuntur. Qui ciues: qui peregrini: qui prouinciales: qui transmarini. Horum negotiū est: sursum ac deorsum cuncta miscere: nō nisi per difficultates diuitias captare: abstrusa eruere metallo: remotissima sequi: rara querere: thesauros defodere: loculos cōplerere: arcas stipare: Quorū omniū causa referenda est in amicitia minime creditam: in amorē habendi infinitum: In metū inopię: In cōsuetudines prauas: In appetitū uoluptatis: a quibus uerus amor depulsus: ob rurus demersus: uix uestigia quēdā incerta atq; exilia seruat. Quod sicubi gētū: siue apud gręcos: siue apud barbaros uigeat in custodia illa rerū affluentia: ob gręcis penuriā minime tamen ingenue creditur: neq; iniuria. Gręcorū classis ex mille nauibus constant: nauiga uit in Asiam pulcherrima totius gręcię manus: quę eodem prope contubernio uiuendiq; more: decennium integrum aduersus barbaros stetit. Horū fama gestorū cum in Homeri poesin incidere: nullam neq; in tam longo tempore: neq; in tanto exercitu amicitia tulit: quam celebrare uellet Homerus: pręter unam Thessalici Iuuenis cum uiro locrensi. Quia nihil est quod in uniuersa illa poesi maiorem delectationē legētib; afferat: ad uirtutē magis inuiter: memoriā sublimius extollat. Cętera quę ab Homero canuntur: (si diligentet inspexeris) quid nam aliud sunt pręterq; pugne: cupiditates: minę: irę: Horum exitus: gemitus: luctus: neccs: calamitates: miserabiles. Apud Athenienses celebratur narratio quēdā amicitie nomine: multis Atheniensium celebrata sermonibus: una dumtaxat res digna Minerua Theseoq; pulchra: s. atq; honesta amicitia optimorū uiuorum: quę quidē ambobus ad occidendū tyrānum cōmunem gladium: cōmunem interitū prębuit: Post eam utilitas nulla ex uniuersis amicitis Atticis emerit. Verum suppuratę omnes: putres insidęq; fuerunt: exelę. s. ab inuidia: ira: stultitia: auaritia: ambitione. Et si reliquam gręciam rescensere uolueris: magnā inuenias copiam tristium narrationum: Hominem homini: Ciuitatē ciuitati: Genus generi aduersum: haud Doricū ionico ratū. Haud Beotium attico: Verum Ionas Ionibus: Doricos Doricis: Beotios

gręcorū classis ex mille nauibus constant

Homerus

Theseus

Boetiis: Athenienses atheniensibus: Thebanos thebanis: Corinthios corinthiis: consanguineos: contubernales: hostiliter se inuicē patentes: eos scilicet qui eodem sole uterentur: eodem ethere: eadē lege: eandem terram pascerentur: hisdem uescerentur fructibus: eadēdem sacrificia peragerent: hisdem unisq; mēnibus clauderentur: ciuitatem unam incolerent. Quos omnes modo inuicem pugnare: modo fędera percutere: modo iurare: modo pererare: modo componere: modo conuenientes: modo dissentientes licet intueri: minimis. s. ex causis ad excitandam iram perturbationemq; inducendā: ut si concauę nauis sabulum: uel aliud firmamenti genus detraxeris: eam continuo ad leuissimos undarum ictus uersabilem reddas. Quomodo autem uic hic: qui ueram amicitiam affectat: ad eam assequendam comparare se queat? Tametsi difficulter id potest explicari: dicendum tamen.

Sicut pax homines inter fuluosq; Leones

Non est fida lupis: neq; pax est mollibus agnis

Ita etiam ad conciliandum hominem homini facilis nequaq; est ductus: donec oculus in aurum ferat. Quod si etiā ab auro dimoueas aspectum: non utiq; robur hoc animi satis erit ad amicitiam perfectam: Verū pugnandū cōtinuo erit: ne te uel ancillulę flos: uel uxoris egregia forma ab ea abducat. Etiā si ad ista conuicias: cauendū erit a falsa spetie populi: magnanimi Erechthei a concionum pręconiis: ab opinione uulgaris: uanissimo nimirū negotio: celerimeq; uniuersam terram peruolitant. Ambitionē contempseris? Vereberis iudicium contempseris: itidē iudicia? Carcerem quomodo contempnes? Carcerē tuleris? Necē perhorresces. Multas te pręterire uoluptates oportet: multos resistere laboribus: ut eā rē teneas: quę equipolseat uoluptatibus: ac laboribus cunctis. Rē dico auro pretiosiorē: formę flore firmiorem: gloria munitiorē: ueriorē ciuilibus honoribus: Rem quę propter se ipsam sit expetenda: quę spōte tibi obuiam eat: merito: ac iure optimo laudatā: cuius causa tamen meti: uel dolorē uel negotiū sustineas interdum. Ea tamen in medio dolore: ac negotio ob memoriā eausq; te oblectet: rarā nimirū rem: quamuis eius imago frequentissime: ac multiformiter occurrat: Adulatorū uidelicet examina: choreęq; ridentiū: atq; ex ore pę

Erechtheus

dentium tuo te palpantium : ac summis tantum labiis præfrenti
 amorem : quos nequaquam beniuolentia ducat : Sed emolumentum
 speratum : qui mercedem magis quam amicitiam sequatur : a quibus
 frustra caueris malum : donec amicitiam crediderint in retributione
 consistere. Est quidem uera amicitie species : attamen eam homines
 uel priuatim uel publice minime discernunt. Nam si cerneretur : quid
 eos prohibeat ualere sinentes arma militares artes armorum officina
 nas mercenariorum exercitum societates belli arcium munitiones : &
 castra : pacem de integro libet ab ipso loue accipere. Haud ab Olympi
 pia haud ab Isthmo indutiaryum preconium denuntiante uerum
 de celo clarissime clamante.

Comprimite o animos filii uestrique salutis.
 Liberam habere mihi curam date : uosque tueri.
 Minime inquam committite ut uos contentam incommodis affectos : Nunc au
 tem homines momentaneas ineunt paces anorum triginta quiete lan
 guidam : neque omnino tutam a malis eamque tamdiu duraturam quam diu
 nouus incidens pretextus belli : suscipit : cuncta permisceat : Qui
 quamuis depositis armis otium amplectantur aliud nihilominus de
 integro bellum animum corrumpit ac uastat : priuatum magis quam publi
 cum minime quidem ferro flammaue aut etiam classe atque equitatu
 sed longe alia ratione administratum : unde animus iracundia cupi
 ditate contumelia sexcentisque aliis malis compleatur. In qua igitur
 parte uertaris ? Quas indutias queas inuenire ? Quæ Olympia ?
 Quæ Nemeate seruet ? Optima Athens Dionysia sunt : optima etiam
 Panathenæa. Sed tamen celebrantur ab his : qui odia reciproca exee
 cent. Bellum potius quam celebritatem aliquam narras. Optime apud La
 cedemonios gymnopodie hyacinthia choricque. At Agelilaus inui
 det Lyfandro Agelipolis agidi Cinadon regibus Phalatus Epho
 ris Parthenie Spartiatis insidiantur. Nequaquam celebritatem esse existi
 mo : donec celebratores non uideam ueram inter se amicitiam seruare.
 Hæc n. legis modus constitutus est a legis latore Deo indutiaryum
 uerarum : quibus qui caruerit amicitiam penitus ignoret : quamuis
 libauerit sepius quamuis olympiis Isthmiacis Nemeis a scriptus
 sit : Intro ad animum penetrare preconium oportet : Intro pacem accipere.
 Donec enim bellum acerrimum in animo siue ulla foederis spe uiget alieus

*gymnopodie
 hyacinthia
 chori
 Agelilaus
 Lyfander
 Agelipolis
 Agis
 Cinado
 Phalatus*

omnino animus manet ab amicitia uera hostilis ac tristis. Hoc est
 quod significant penes suam fabule ac tragedie. Sequamur igitur pa
 cem sinceram philosophiam uocemus ueniat philosophia hæc pacem spo
 deat hæc pacem declacet.

OMNI SVBIECTO PHILOSOPHICVM CONVE
 NIRE SERMONEM XXXVII

VID nam dicas hoc esse ? quod histriones in Dionysii : mo
 do ex Agamemnonis modo ex Achilles persona loquentes : pau
 lo post Telephum ac Palamedem ceterosque heroas : ut cumque
 fabule libuerit reddentes reprehendat nemo : aut moribus officere
 arbitretur : alios atque alios identidem se ipsos ostendentem. Et hinc qui
 Dionysia ac theatra relinquens potius cogitat hominis uitam ciuilem
 quam pia fabulam esse minime mediis fidiis constantem ex iambico uer
 su ab arte poetica : Quæ temporari celebritatis alii cuius inseruiat. Ne
 que etiam ex chori concentu : quod harmonie rationem habeat : sed potius hu
 manæ uitæ referentem. Atque adeo fabulam philosopho dignam prope
 habet uerius argumetum ac perpetuitatem temporis : Deumque ipsum poe
 matis auctorem ac magistrum. Quæ obrem in huiusmodi fabule scenam
 descendens seque ipsum constituens principem chori diligenter poeta
 rum officium seruet : ut ingenium scilicet rerum omnium : ex quibus fabulam mun
 di huius Deus constituit : Ipse suæ orationis uis exprimat & effingat.
 Hinc inquam ipsum : quod hoc agat aliquis peccare putabit : dissonumque esse ?
 Aut etiam protheum agere ? quem describit Homerus marinum heroem
 multiformem plurimumque uariantem naturam. Sane si id detur ut ars ac
 musica uis beatitudinem hominibus astruat : nulla habebit eius ho
 minis ratio : Qui cum se pulchre ad doricum modum exercuerit : si tamem
 usus excolat ut ad eolium se uertat in ea arte : quæ multisonantiam re
 quit silentium agat : Verum quando huiusmodi catus modulatioisque quæ
 animum ducere possit : exiguus hominibus est usus : necesseque est aliam ac ma
 gis masculam musam aduocare : quam Homerus libenter Calliopen Py
 thagoras philosophiam alius autem aliter appellat. Numquid hunc ui
 rum : quæ uis eiusmodi musa inspiret una cum eius sermone oportet
 bit paucioribus modis ac uocibus esse instrumentum : Ita ut ni
 hilominus seruet poeticum decorum : neque unquam mutus effectus
 stuporem ostendat ? Nam si ita esset ut in tam longo ac continuo
 quo pars aliqua uitæ philosophicam rationem minime requireret :


*Agamemnon
 Achilles
 Telephus
 Palamedes
 Proteus
 Homerus
 Homerus
 Pythagoras*

fateret equidem multiplicem ac multimodā eiusmodi musam harmoniamque superuacua esse. Si inquam humanę res unam seruantes figuram eodem semper incederent tenore: nūquam ad dolorem ex uoluptate neque ex dolore ad uoluptatē translatę: neque affectiones cum affectionibus commutantes: non denique sursum ac deorsum uertentes singulorum hominum mentem.

Mens etenim humana est talis qualem ipse dietim Iuppiter attulerit hominum pater atque Deorum.

Decernit namque deum humana negotia conuersionem sibi inuicem debere: eorumque naturam diariam esse. Quē admodum igitur eorum animum: quos perennes fontes emittunt: unicum tantummodo est nomen: siue illi Sperchius: siue Alpheus: siue alio nomine appellatur & ab ipsa statim emissionē: alia est unda succedens: alia depulsa: quę tamen continuationem cursus seruantes fallunt intuentium aspectum unius amnis continui atque uniti spectiem præbentes. Sic etiam humanorum negotiorum ortus ac fluxus: ex perenni editus fonte & in comprehensibilis pernecitatis est & insensibilis cursus: uitaque rationis aciem perstringit: atque oculos amnis. Itaque unam eandemque uitam appellamus: quę tamen multis formis atque uaria existit: multis postremo casibus multis negotiis multis etiā temporibus fit penitus altera. At huic præsidet ratio: quę partem res impexornerit: haud secus quam medici ars corpori natura minime stabili: Quinimo sursum ac deorsum euacuationibus ac repletionibus uersato studium præbet indigentię ac satietatis regēdę. Hoc idem præstare potest philosophi sermo: ad sedandas affectiones sese componens: tristitia demulcens: res lætas gratulatione hilariores efficiens. Si inquam uita hominum uno ordine incederet: aut unam tantum spectiem ferret: una utique ratione atque uno more satis haberet. Nunc autem tempus quod citharedi molliculos desiderat modos: uidelicet tunc est cum onustis mensis res ad multum processerit uini. Oratoris commodum tempus in iudicio frequenti poetę tempus in Dionysiis consistit: si quando chorum exposcant: cum tamen philosophico sermoni nullum peculiare tempus secernat: sed potius una cum ipsa uita exiciens: ita illi confunditur: misceturque: atque oculis lux. At quis nam comprehendere possit obsequium oculi luce sublata? Detur aspectus: Hic quidem quamuis hebetudine caligans: etiam aduersus noctem præstabit: et in tenebris ducentis

officio manus aliquam coniecturam itineris habebit. Demptra uero ab hominis uita ratione rectoque sermone: quid cum prohibet præruptis pessimis incertis atque asperis uis precipitem ferri? Cuiusmodi barbaries cuncta incedit: ea scilicet quę rationis non est particeps. uel depopulatione agrorum uel insania uel mercennaria militia: uel etiam errore. Aufer pastorē ab ouili: aufer fistulę usum: pastorium negotium funditus evertas. Ab hominum grege si ducem congregatoremque orationem semoueris: gregem ipsum perdidit: ac dissiparis: suoque quidem ingenio mitē. Impuritate autem educationis malis affectionibus adductū: egentemque officio musici pastoris: qui nequaquam flagello uel stimulo eius contumaciā uliscatur. Idem namque facere uidetur quisquis putet philosophi tempus aliquod extare rationis utendę atque is qui militi acri in bello armandi iaculandi: siue ex equo siue ex curru perito: pariter tempus secernat: quod separatum habeat usum a communi usu bellicę fortune. Requidem instabili atque ambigua. Dic age num putes eum qui in Olympia certauerit: Isthmum decere contemnere? At hic etiā ob negligentiā uituperatione non caret: neque enim cessabit honoris cupidus animus: ob desiderium quietis: uniuersa certamina obire: contentus accepit: sed dumtaxat in Olympia oleagiam coronam: sed & pineam quęret in Isthmo. Argolicum præterea apium: ac pythia mala. Cum tamen eiusmodi certaminis minime solus animus: propriam causam sustineat: sed potius ob corporis societatem: ac coniunctum uictorię: præconiique palmam assequatur. Vbi uero solus animus laborat: omniumque certaminis uis in eo uno utitur. Nunquid hic post habendum putabit tempus aliquod certaminis? aut otium sibi ultro assumet? quando etiam neque malorum neque oleastri propositum est præmiū: sed quod illis honestius est: ad studium certandi: salubrius ad spectatores iunados: celeriusque omnibus uerbis: fidem uitę inducit. Verum tempora ac loca certaminis huiusmodi: repente denuntiarialiter: atque aliter solent. At id quod uere dicitur grecum: ultro uocationibus patet: ac se ipsum exhibet: minime oblectandorum oculorum gratia: sed potius ob spem assequendę uirtutis allecsum: quę quidem arctius ipsa uoluptate animum hominis amplectitur. Videre itaque est in uniuersis aliis certaminibus: quęcumque spes



Olymp. oleagma
Isthmior. pinea
Argolicor. Apij
Pythioru mala

tiores inuitant: ob studium uisendi robur atq; artem corporum: neminem spectatorū ipsorū id ipsum / quod intuentur spectaculū sequi atq; imitari. At ibi ex alienis laboribus nostris oculis uoluptatem decerpimus: nemoq; ex infinita spectatorum multitudine inuidet locum his: qui in medio stadio puluere sedantur / cursant sese mutuis complexibus elidunt / ac uapulant / nisi forte: qui seruilē animum gerat. Cū tamen longe secus ī ipso animi certamine contingat: In quo eo usq; nobilior pugna proponitur ac labor salubrior est theatrumq; ipsum tanto magis pugnantibus afficitur: ut nemo ex presentibus spectatoribus: q̄ recto iudicio utatur: non optet deposita spectatoris persona sese pugilem fieri. Qualem huius rei causam afferas? Quod. s. ad corporū pugilatus / athletarūq; labores nequaquā oēs homines natura sunt apti: Neq; eiusmodi res ē quā quisq; ex arbitratu ualeat efficere: sed potius natua ac sortis beneficio cōtingens: propterea peruenit ad paucos: Oportet enim uel magnitudinē corporis a natura sortiri: q̄ sit futurus similis Titolino uel neruos q̄ Milionē uelit imitari: uel robur emulū Polydamatis uel pernicitatē qui Laſthenē sequatur: q̄ ibecillior est Epeo deformior Thersite: statura inferior Tydeo: Tardior Aiace: Aut uniuersos simul corporis collegerit defectus: Hic si certandi desiderio teneatur q̄ inane / q̄q; irritū desiderium sequatur. Animi uero certamina ipsius aduersa prorsus ratione se habent: q̄ corporis certamina. Mira etenim raritas in hominum genere est: quę illius rei parentē naturam non agnoscat. Virtutes uero animi natiuę minime sunt non sortis etiam alicuius. Verum tantulam operam a natura suscipiunt: quantum satis est ad susstruendum ualido muro fundū: aut onerarię nauis carinā. Conſotiauit utiq; Deus rationi amorē ac spem: Amorem quidem quasi remigium quoddam alarum expeditum ac sublime ad substollēdum ac leuificandū animum: cuius appetitionibus cursum aperitet. Illas quidem alas philosophi appetitionem humanam uocitarunt. Spes autem iccirco in conuictum animi dedit: ut possint singulorum impetus mollire (minime profecto secundum atticū poetā) Jeças: sed accutissimi uisus nequaquā animum sinentes laboribus cedere: quasi aliquando ad matē rei competent futurum. Olim cum non dum inducta

Titolinus

Milo

Polydamas

Laſthenes

Epeus

Thersites

Tydeus

Ajax

spes esset: qui pecuniam cuperet: ab ea quęrenda cessabat: Mercenarius miles in expeditione minime ibat Non mercator fretum non grassator depopulationem: non petulans adulterium tētabat Vt primum introducta spes est: iussi illico eiusmodi studia sequentes sperare haud frustra labores susceptos esse: quorum quandoq; exitum uisuri essent / qui pecuniam quęreret / tamq̄ diues euasurus: qui occupationem bellicam haberet / ut adepturus uictoriam: qui nauigaret / ut sospes reuersurus / qui depopularetur ut compendium maximum facturus: qui adulterium tentaret: ut spectatorū oculos euasurus. Dein secuta repētina aliqua calamitas est: quę pecuniosum cōpilauit: mercenarium necauit: mercatorem demerſit: grassatorem cōprehendit: adulterum detexit: unaq; cum appetitionibus ipsis spes itidem interierunt. Nullam namq; metam / terminūq; aut diuitiis / aut cęteris cupiditatibus hominum constituit Deus. Verum ī finita est harum omnium uis. Quamobrem spectatores ipsarum / quo maiorem earum rerum copiā habent / eo etiā magis augent sitim. Minus est. n. quod possessione cęperunt / eo quod spem iam deuorarunt. Quotiescumq; animus petit rem stabilem / certam / finitam / circumscriptam / natura pulchram / superbilem labore / ratiocinatione perceptibilem / sectabilem amore / comprehensibilem spe: Tunc studium ipsius assequitur optatum / tunc opere pretium facit / tunc uictoriam refert. Hoc scilicet est / neq; preterea aliud: cuius causa philosophantes eiusmodi congregant theatra. Verum opus est rursus pugilum horum imaginem intueri: Et quidem nemo ex prioribus illis certatoribus emulos / secum in stadio descendere: sed porius omisso pugnandi labore conſequi uictoriam exoptat. Necessē quippe est e multis unum dumtaxat euadere uictorem: Contra sit in ipso animi certamine: in quo precipue qui palmam petit / q̄ plurimos ad certamen inuitat. Utinam o Dii e meis spectatoribus ferendus mihi emulus sit / qui eadem sedeat in cathedra: Tunc probe / tunc iure / tunc merito accipiam coronam / tunc preconium in uniuersa gręcia merebor: Hactenus nec coronam / nec preconium accepisse me fateor: tamen si id omnes clarissime clamatis. Nam quę mihi utilitas ex multis meis contionibus / atq; hęc continua dicēdis

SERMO

exercitatioe? Laudes ne? Satis habeo laudum; habeo gloriam; ha-
rum rerum satietas me cepit. Ut autē summatim loquar. Quisq;
ne ex auditoribus meis orationem meam laudabit; qui ipse silen-
tium agat? cum tamen & uoce utatur & auditu. Philosophiam lau-
dabit; quam tamen minime comprehendit; tam & si animum ha-
bet & magistrum. Res itaq; efficitur per similes modulationibus ti-
bię citharęq; uel si qua est alia musica uel tragica uel comica. In dio-
nysijs celebrata. Laudant uidelicet cuncti; sed imitatur nemo. Hic
etiam profecto laus a uoluptate maxime differt. Auditores .n. nū-
uerſi delectatione afficiuntur. Qui autem uere atq; ex animo lau-
dat; certamen id sibi imitandum desumit; donec ipsum non emu-
letur minime laudat. Iam enim hoc usu uenit; ut qui tiliarum esse
indoctus dispositione tamen musicen admiserit; auresq; ad tibiam
formans cōeentus memoriam seruet; ac secum tacite succinat. Hoc
itidem & uestrum aliquis peragat; forte etiam tibias ipsas adama-
bit. Vir quidam alendorum animalium studiosus habuit in cōtu-
bernio aues eius quidem generis quę suauiter canunt; matutinū
hoc auium carmen; ac inatticulatum; q̄tulum tamen fert auium
natura. Hę quidem cum tibicinem audirent; sese modulatiōe tibia-
rum exercentem; uicissim cottidie respondendo; ita aures ad tibiā
formauerant; ut tandem non prius tibicen modulationem incipe-
ret; q̄ aues illę quasi auspicijs canendi arreptis; in morem chori re-
sponderent. Id faciunt aues; homines uero minime facient; neq;
auium illarum exemplo incipientibus nobis concinent nobiscum;
cum tamen continue audiant modulatiōes; nequaquā ignobiles; sed
intelligibiles uoces articulatas; uberes ad inuitandam imitationē
productas. Quia propter cum ego hactenus siluerim; nihilq; aut
magnificum aut arrogans; neq; publice; neq; priuatim de me ipso
predicari. Si quid in presentia dixerō; quod elatum ac iactabun-
dum uideatur; uestra. s. causa dictum putatote. Exhibitus uobis est
luuenes; orationis apparatus; amplus; fulus; ac partes multas con-
tinens; qui ualeat omnia prębere; ad omnium deniq; aures perue-
nire; omnium ingenia; cuiuscunq; rationes; sectas; atq; instructionum
ideas cōmouere; qui large ac gratuito sine excusatione; sine inui-
dia capacibus; rēbetur. Oratoris desiderio teneris? Hinc ad eam

ultrū & mirandū

TRIGESIMVS SEPTIMVS CIII

expeditus est cursus; sufficiens; facilis; sublimis; admirabilis; minime
interruptus; robustus; imixtus; Poeticen adamas? Aliude quęrito
tantum metrorum ipsorum rationem; reliquum poeticę dispensa-
tionis; hinc capere potes id quod dicitur sublime; conspicuū splen-
didum; secundum diuinitus afflatum. Ut itidem dicitur dispositio
poetica; fabulosa constructio; ut est postremo affluens uocū copia;
minimeq; salebrosa harmonia. Ciuilem institutionē affectas; eges-
q; eiusmodi apparatus; qui populum queat & consilia tractare. Ma-
nifestam rem tenes. Vides consilium; oratorem; leporem; ac robur;
Verū aliquis contemptis his studijs philosophiā potius amplecti-
tur; Hoc quidē in loco iactantiā minuo; cedoq; neq; amplius utor
eadem persona. Per magna res agitur; & quę pręceptore omnino
requirat; minime (medijs fidius) uulgarē humiq; repente; neq; ex
popularibus moribus compositum. Si quis enim philosophiā affie-
met in uerbis ac nominibus consistere; in artificiosis pręterea sermo-
nibus; in redargutionibus; rixis; sophisticisq; argumentationibus;
atq; hoc genus sapientię scholis; paruo negotio pręceptore inueni-
et. Multus ubiq; sophistarum est numerus; facile negotium; conse-
stimq; apprensus; Quare dicere auidim huiuscemod philosophię
plures pręceptores; q̄ discipulos extare. At si ista; quota pars philo-
sophię sunt; ac tantula profecto; quanta nec sine turpitudine potest
ignorari; nec tamen multa cum gloria teneri; turpitudine uitemus.
Cumq; harum rerum scientiā fuerimus adepti; de earum cognitio-
ne nimium nobis ne placeamus; In quibus si summa dignitas sit
nimirum grāmatistas honorabiles facimus; quorum negotiū est
syllabas uersare; unaq; cum puerorū stultissimo grege; orationem
balbutire. Philosophię ipsius caput ac semita; quę ad eam homines
ducit; pręceptorem exposcit; qui iuniorum animos attollat; eorūq;
ambitionem instar pedagogi gubernet; haud aliter q̄ doloribus
ac uoluptatibus ipsorum appetitiones temperando; ut illi solent;
qui equos perdomandos suscipiunt; Hi. n. neq; penitus eorum fu-
rorem infringunt; neq; etiam sinunt eos impudenter propria gene-
rositate abuti. Equi furor regitur freno; regitur habenis; equitis au-
rigęq; arte. Hominem uero uersat oratio minime ignaua; minime
sordida; minime neglecta; sed quę lenitate atq; acrimonia tempe-

Sophiste qd

ratam nequaquam otium auditoribus præbet: ut uoces dumtaxat ac uocum uoluptates inquirant: sed illos potius excitet: ac ueluti tubæ sonitu percussos cogat debacchari. Tuba etenim interdum clausicum sonat. Interdum receptui canit. Qui si huiusmodi oratione requirant philosophiam affectantes: nimirum dare operam oportet: ut eum cuius ea facultas existat habeamus. probemus. eligamus. siue ille senex siue iuuenis. siue pauper. siue diues. siue multi nominis sit. Opinor autem minus ualidam esse iuuentute senectute. diuitiis paupertatem: obscuritatem nominis gloria. Facilius tamen homines ad eos. tanquam ad præceptores accedunt: qui eiusmodi defectibus & incommoditatibus laborant: Ita ut hæc fortunæ incommoda: quasi quædam uiatica effecta sint ad iter philosophiæ. Nam quæ pauper Socrates fuit: pauper statim imitabitur Socratem: ut bene iam nobiscum agi putemus. quæ non & simi & uentricosi. de philosophia disceptent. Quod uero Socrates non solum pauperes: sed etiam diuites claros. ac nobiles ad philosophiam urgeret. nemo recordatur. Censet. n. Socrates si ipsum tantum Eschinem atque Antisthenem ad philosophiam trahat. minimum inde utilitatis ad ciuitatem Atheniensem: aut potius nihil cuiquam eorum temporum peruenturum: præter id quod ex memoria sermonum suorum posterioribus esset conducturum. Si uero Alcibiades. si Critias. si Critobolus. si Callias philosophiam essent amplexi: nequaquam sane procelsum anteire. Aristippus ille qui purpuram gestaret. unguentisque oblitus esset: haud intemperantior Diogene fuit. Ut enim qui uim aliquam adeptus. corpus suum aduersus sequitiam ignis muniendi non dubitaret. opinor. se ipsum & Ethægis flammis obicere. Sic etiam quæ pulchre se aduersus uoluptates pararit. tamen in mediis ipsis diuersetur. neque calorem. neque flammam. neque liquationem aliquam sentiet. Itaque probandus philosophus est. non ex habitu. non ex tate. neque fortuna: sed potius a iudicio mentis. sermone. compositione. quæ animi. a quibus (dumtaxat) philosophus dignitatis sue suffragia capiat. Alii uero a fortuna habitus similes sunt uestimentis theatra-

Socrates

Aeschines

Antisthenes

Alcibiades

Critias

Critobolus

Callias

Diogenes

Sardanapalus

Aristippus

libus. Unus atque idem est poematis decor. siue Is. qui loquitur in scena principem agat. siue etiam seruum. Etenim pro usu fabularum amictus commutantur. Itaque Agamemnon fert sceptrum. pellis bulcus. Achilles arma. Thelephus penulam. ac peram: nec propterea minus libeter a spectatoribus ipsis Agamemnonem Thelephus audit. Animus. n. non loquentium fortunas. sed poemata respicit. Eodem pariter modo existimare debes in philosophico sermone pulchritudinem nequaquam uariam. ac transmigrabilem esse: sed unam & eandem ac ipsam sibi ipsi perisimilem: pro qua. qui decertant hos fortuna diuersis amictibus ornatos in scenam uitæ demisit. Pythagoram quidem purpura uestitum: Socratem uilissima stola: Xenophorem & thorace & clipeo armatum. Sinopeum pugilem Thelephi ipsius exemplo. baculo ac pera instructum: Quorum omnium ornatus cum persona: quam gererent optime faciebat. Propterea Pythagoras admirationem hominibus inuicit: Socrates ipsos redarguit. Xenophon suasionibus illexit. Diogenes conuitio est usus. O beatos histriones: O beatos auditionum earum spectatores: Quis nunc erit temporum nostrorum. uel poeta. uel pugil: quem neque pudendum. neque elinguem dicere possimus? Sed potius recipi dignum in theatra. conuentusque grecorum. Quæramus hunc uirum: confestim (ut spero) apparebit. Apparentque in honoratus haud abibit.

Agamemnon

Achilles

Thelephus

Pythagoras

Socrates

Xenophorus

Diogenes

VTRVM DIIS DICANDA SINT SIGNA. XXXVIII

PITVLARI mortalibus Deos. ambigit nemo. omnibus quidem omnes. Verum secundum diuorum nomen minimum famam. optulari alios aliis creditum est: His homines & honores & signa. pro ut Deorum aliquod beneficium aut publicum. aut peculiare in eos extitit. obtulerunt. Sic nauem in exanti aliquo scopulo. quod minime tunderetur ab undis. temones marinis Diis dicauerunt. Sic de pastoribus aliqui Pana uenerantur: in eius honorem. uel abietem excelsam. uel antrum profundum eligentes. Agricole præterea colunt Liberum patrem: uiridem ac natiuum aliquem truncum in pomario conserentes: rusticum nimirum signum. Dianæ sacratæ sunt scaturigines fontium. de uexque in montibus ualles. & uenationibus exposita prata. Sed & Ioui mortalium

Temones marini
dijs dicauerunt

primi uertices montium sacrarunt Olympum / atq; Idam uel aliū
 quempiam: qui præ ceteris cælo proximus esse uideretur. Est etiam
 aliquo gentium tributus fluminibus honos: uel propter emolumē
 tum: ut apud Egyptios Nilo: uel propter pulchritudinem ut apud
 thessalos Peneo: uel propter magnitudinē ut apud Scythas Istro:
 uel propter fabulam / ut Acheloo apud Eholos: uel lege ut apud
 spartiatas Eurotē uel propter sacrificia: ut apud Atheniēses Ilisso.
 Quo sit ut amnes quoq; propter utilitatē eorum: qui ab ipsis com
 moda acciperent honores sortirentur: Quinetiam adhibet sunt
 artes: constituendis propriis cultibus singulorum Deorū: quē eos
 aliis: atq; aliis notis insignirent. Sicubi uero gentium genus homi
 num sit: minime uel rusticum uel marinū: sed potius in urbibus
 diuersans: quod ratione ac legibus constet: Nunquid hoc genus
 nec munera: nec honores tribuet Deo? An potius honores uerbo
 tenus impendet: Dei celebrando memoriam? A signis autem: ac di
 cationibus sacris: quibus Deus minime putet indigere: abstinēbit?
 Haud. n. magis indiget Deus: uel signis: uel dicationibus sacris: q̄
 imaginibus: ac simulachris indigeant uiri optimi. Nā (quemadmo
 dum mea fert opinio) adformandum ex humanis uocibus sermo
 nē: haud necessarij sunt: uel Fenicij uel Ionici: uel Attici: uel Assyrii:
 uel Egyptii characteres. Sed eos iccirco humanę mentis imbecilli
 tas inuenit: ut essent certę notę. In quibus homines hebetudinem
 propriam imprimentes: ex eisdem possent reformare memoriam:
 Sic etiam diuinę naturę nihil opus ē signis: aut dicationibus sacris:
 Verum humana ingenia imbecillitatis proprię conscia: tantumq;
 a diuina natura distantia: quantum distat cælum a terra certa cōsti
 tuit signa: in quibus conderet & nomina & gloriam Deorū: Qui
 igitur memoria ualent: uigentq; ita aīo ut: recta tendentes in cælū:
 diuinę ultro naturę occurrant: Hi nihil indigent dicationibus sacris.
 Rarum tamen id hominum est genus: neq; reperias unq; populi
 coetum: ita memorem diuinę naturę: ut eiusdē admoneri nō egeat.
 Perinde ac pueri solent tenuibus quibusdam notis: a grammati
 stis expressis: constituta memoria ad ediscendam artem: manu quo
 dāmodo perducī. Visi sunt enim legum latores: quasi cuidam gregi
 puerorum dicationes has sacras tradidisse: ut essent signa quędā

silus
 Peneus
 Ister
 Achelous
 Eurotas
 Ilissus

flu.

diuini cultus ac uie: qua quodāmodo ad reminiscētiā diuinę na
 turę ducerentur. Verum dicationum sacrarū: haud una lex ē: haud
 unus est modus: haud una est ars: haud una materia. Putarunt ete
 nim gręci ad celebrationem deorum conducere eam præcipue res:
 quę propter puritatem materię: propter effigiem humanam: prop
 ter artis conlumationem: pulchritudine ceteras uinceret. Neq; per
 peram decreuisse putandi sunt: qui simulachra deorum ad huma
 nam effigiem struxerunt. Si enim animus hominis accedit proxi
 mus Deo: ac præ ceteris rebus eius similitudine insignitur: minime
 profecto decuit deum: illi: qui sibi esset simillimus: septum aliquod
 tabernaculum circumducere: uerum id potius: quo optime imortā
 lis animus gestaretur: quod expeditū esset ac facilis motus. Solum
 etenim corpus humanū: ex cunctis terrenis corporibus: uultu susp
 cians in cælum: & præstantiam: & alacritatem: & decoram compo
 sitionem ostēdit: nec propter magnitudinem terribile: nec propter
 setas formidabile: nec tardum ex grauitate: nec leuitate lubricum:
 nec propter duritiem tactui molestum: nec propter frigiditatē hu
 mi: serpens: non propter caliditatem petulcum: non propter rarita
 tem compagis ad natationem factum: non propter imanitātē cru
 das carnes: non propter debilitatem radices depascens. Verum in
 operibus suis musice compositum: formidabile prauis: placidū pro
 bis: natura gressibile: alatum ratione: Arte compos natationis: fru
 gi uescens: terram labore exercens: pomi uorum: coloris honesti: de
 centi præditū statura: bene oculatum: barbę decorę. Per huius igitur
 corporis formam: sanxerunt gręci deos celebrari oportere. Bar
 bari autem & ipsi deum intelligunt omnes: aliis tamen atq; aliis si
 gnis usi sunt. Perse adorant ignem diarium: nimirum diuinitatis si
 gnum: insatiabilem: uoracem: Huic cum sacrificant Perse alimentū
 præbentes his uerbis utuntur. Ede ignis domie. Qui cū eius me di
 faciant: non ne merentur audire. O stultissimi gētium: qui post ha
 bitis tantis: ac talibus diuinitatis signis: ut est placida terra: ut luci
 dus sol: ut nauigabile equor: ut fecundissimi amnes: ut uitalis aer:
 ut postremo cælum ipsum: igni potius operam nauatis ferissimo ac
 leuissimo Deorum: quem nec solum pascitis lignis: extis: & cetera
 mētorum omni copia. Verum huic uel simulacro: uel Deo: Erethri

De Statuis notandi

Perseu adonati

am atq; ipsas Athenas / ionica templa gręcorum Deorum simula
 chra deditis absumenda . Non possum non succensere egyptiacis
 legibus . Bouem egyptii colunt . autem hircum / atq; animalia Nili
 quorum mortalia corpora / miserę uite / humillimi aspectus . obse
 quium sordidū : turpissimus cultus . Moritur apud egyptios Deus
 lugeturq; : cuius & templum & sepulchrum egyptii ostendunt .
 Et gręci quidem sacrificant optimis uiris : quorum uirtutes prole
 quantur honoribus : calamitates autem obliuionibus debent . At
 Aegyptii propriis diis pariter impendunt honores & luctum . Penes
 mulierem egyptiam cocodrili catulus educabatur : hanc Aegyptii
 beatam putabant : quę scilicet Deum nutriet . eorum aliqui &
 nutricem & alumnum demulcebant . mulieris huius ephesus fi
 lius erat : deiq; huius equalis . quo cum educaretur . ac luderet : Deus
 uero ille interea / dum infirmis uiribus esset : eiecit admodum erat .
 at aucto corpore / ingenium detexit puerumq; equalē occidit . In
 felix autem Aegyptia / ob eam necem feliciter actum cum filio pu
 tabat : cuius necis beneficio filius contubernalis Dei donum effice
 tus esset : et Aegyptiaca quidem eiusmodi sunt . Alexander ille Mace
 do : qui perlas euerit : Babylonē uicit / ac Darium cepit : perrexit ad
 Indiam pręterq; liberi patris / & Alexandri (ut ferebant indi) cūctis
 aliis exteris exercitiis ad eam etatem inaccessam : cum aduersus
Alexandrum hunc arma sumpsissent Indici reges Porus & Taxiles .
Porus quidem capitur pugnans : Taxiles uero i amicitiam / ac socie
 tatē recipitur . Ostendit Alexandro Taxiles : quęcunq; miranda erant
 in indica terra . maximos amnes . uarias aues / odoriferas plantas / si
 qua pręterea ignota essent oculis gręcorū In his animal quoddam
 eximium . liberi patris simulacrum : cui sacrificant Indi : draco erat
 quinq; iugerum magnitudine . Is duexo quodam i loco a lebatu
 & anfractu profundo . desuper altissimis muris circumsepto . Indo
 uero armenta deuorabat pręsentibus indis oues ac boues in cubi
 quasi tyranno cuidam potius q̄ Deo . Hesperii Libes i colunt : te : rās
 collum uidelicet angustum in longitudinem porrectum / ac mari
 circumdatum . Scinditur enim circa colli uerticem oceanus / aqua
 q; ui terrā amplectitur . His hominibus insigne est Atlas . Est autē
Atlas concauus mons . accliuus ualde / ita ad excipiendum pelagus

*crocodilus a muliere q̄da
 nutritus filiu illius deuo
 rauit*

Alexander

Darius

Porus

Taxiles

*draco indig mirę magni
 uelutis cui sacrificabant
 indi*

Atlantis montis descriptio

patens . quemadmodum patent ad aerem theatra . In medio mōtis
 est locus uallis uidelicet per breuis haud admodum lata / pinguis
 tamen atq; arborum ferax : in quam si quis ex uertice ipso despiciat
 in imum credat se puteum despicerē . Descensus uero propter inte
 riora pręrupta difficilis est . & alioqui religione prohibitus . Verum
 q; huius loci mirabile est : cum oceanus estuās littus obtundat : alii
 quidem in locis adiacentes campos aspergit : Vbi uero ad Atlantē
 accedit in spetiem erigitur montis . Propterea uidere est aquam ui
 propria stantem . instar murisq; neq; uallem in fluat : neq; soli at
 tactu fulciatur . Inter montem ac marę multum est aeris . nemosq;
 in conualle receptum . Is locus apud lycios sacer est . ac Dei iusurā
 di diuinitatisq; signum . Celtę colunt Iouem : celticum uero Iouis
 signum . altissima quercus . Pęones solem uenerantur : signum pęo
 nicum discus breuis . longo impositus ligno . Arabes Deum quidē
 habent : qualem tamen minime noui : tametsi eius simulachrum as
 pexi . tetragonum uidelicet lapidem . Venus a paphiis colitur : cuius
 insigne nulli rei magis assimiles q̄ albę pyramidi . At materia pyra
 midis omnino ignota : Apud lycios Olympus ignem emittit : haud
 admodum similem etneo : cum placide / atq; ordinate mittatur
 is ignis & sacer . & diuinitatis apud lycios est signum . Phryges quę
 circa Celenas habitant . amnes Marsiam & Meandrum uenerantur .
 hos edit fons unus . ut & ipse sum testis : Fons uero ad montem ac
 cedens . contra dorsum urbis absconditur . atq; absorbetur : rursusq;
 ex urbe emergit diuidens fluuiis & nomina & a quam . Meandrus
 namq; in Lyciam profluit : Marsias uero circum adiacentibus cam
 pis / absorbetur . Sacrificant fruges hiis fluuiis ambobus aliqui .
 seiunctim uero aliqui . peculiariterq; aut Meandro / aut Marsię .
 Iaciunt etenim uictimarum coxas in fontem / celebrantes eius flu
 uii nomen / cui sacrificium fecerunt : Coxę ad montem deuectę
 quem una cum aquis subeunt : si quidem sacrificium fuerit tri
 butum Meandro . nunq; in Marsiam emergunt . Sin uero con
 tra Marsię datum : Meandro minime miscentur . At si sacrifici
 um fuerit ambobus : ex equo diuiditur donum . Mons Cappa
 docibus est Deus . iusurandum . ac simulachrum : Meotis palus &

*Diuersę diuersarū
 tionū religiones*

Celenę . N .

*Marsias
 Meander } flu .*

Meotis palus

Tanais
Massagetis

Tanais Massagetis. O infinitam ac diuersam signorum multitudi-
nem: quorum aliqua finxerit ars: aliqua commendarit usus: Multa
propter utilitatem colantur: multa propter terrorem uenerentur.
multa propter magnitudinem diuina sunt habita: non nulla pul-
chritudine laudentur. Neque reperias hominum genus: siue barba-
rum: siue grecum: siue maris: siue continentis incolam: siue pastori-
cium: siue urbanum: quod penitus respuat significationes aliquas
ponere glorie Deorum. Quomodo igitur sententia feratur: in ea
dubitatione sermonis? Vtrum scilicet diuinitatis ponenda sint signa:
an omnino negligenda? Quamuis necessaria magis putanda esset:
hec questio: si quidem de his legibus agatur: quas accepturi sint ho-
mines: hi qui uel extra nostratam hanc regionem positi essent: ne
quaquam communi hoc aere utentes: uel recentissime humo prognati:
uel etiam ab aliquo Prometheo confecti: nostre huius uite rationis:
ac legis imperiti. Nam si his hominibus statuende sint leges: eam
forte considerationem inibimus. Vtrum expediat sinere hoc genus
hominum contemptum uiuere: his diuinitatis imaginibus: quas
natura ipsa produxit: reiecta prorsus uel eboris: uel auri: uel quer-
cus: uel cedri: uel amnis: uel auis adoratione: quorum potius loco
surgentem solem: illustrem lunam: uariatam celum: terram ip-
sam: aerem ipsum: ignem quoque integrum & uniuersam aquam uene-
retur? An idem genus cogendum magis sit: lapidum: lignorum: ac
formatum cultum suscipere? Sin uero tempus communis omnibus
lex est: que semel posita sunt stare sinamus: gloriam suscipientes:
Deorum: eorumque misteria: quemadmodum & nomina seruantes.
Deus. n. rerum omnium pater: atque opifex: antiquior sole: & celo:
tempore melior: quo melior: omni fluxibili natura: sine noie: legis la-
tor: innominabilis uoci: inuisibilis oculis est: cuius cum minime
possimus substantiam capere: necessarium est inherere: uel uo-
cibus: uel nominibus uel animalibus: uel formis aureis: ebur-
neis: argenteis: uel plantis: uel fluuiis: uel culminibus: uel
scaturiginibus: aquarum. Nam cum desiderium nos habeat di-
uine nature intelligende: Ita est humane mentis imbecillitas:
ut quecumque hominibus pulchra uideantur: ab ipsis Dei naturas:
diuina nuncupemus: sequentes amantium illum affectum:

quibus eorum quos amant: simulachrum prebere iucundissimum:
folet spectaculum: iucunde etiam inspicitur: lyra: iaculum: sella: circus:
uel quicquid potest amati memoriam suscitare. Quid igitur mihi
uel inquirendum superest: uel decernendum: dedicationibus sacris:
dum mortales intelligant genus unum diuine nature. Si quidem
grecis eius memoriam excitet ars Phidie: aut Egyptiis animalium cul-
tus: aut aliis gentibus amies: aliis ignis dissonantiam non accuso:
Vnum intelligant: diligant unum: memorent unum.

Phidias

AN RECTE FECERIT SOCRATES: Q VI NO
LVERIT VTI APOLOGIA. XXXVIII

Acinus indignum: singulis aliis artibus indultum es-
se: ut nequaquam ad commune iudicium trahantur: cum neque
licitum sit gubernatorem: qui uel opem tulerit nauis: uel
exercuerit artem: iuxta nautice ipsius ratione: apud artis ignaros: re-
um fieri: Neque medici alicuius actiones: curationes preceptaque uiue-
di: ab egrotis ipsis inspicere: ac probari. Non figulos: non sutores: non
preter hos: ignobiliora tractantes artificii proprii: sustinere alium
iudicem: preterquam artis eiusdem confortem. Socrate uero in quo nec Apol-
lo aliquatulum ignorantiam taxauit. Ille inquam Apollo: qui arenam mariti-
me numerum nosset: & diuinatione prodere posset: non dum a ca-
lumniis & accusationibus quietem impetrare potuisset? Quin po-
tius incurrere cum indies in acerbiores Anito: ac Melito lycophan-
tas: ipsisque illis iudicibus: quos ea tempestate Atheniensis habuit
populus: Qui si pictor: aut statuarius fuisset: qualis Zeusis: Poly-
cletus: & Phidias fuerunt: nequaquam ei esset interdictum: quin glo-
ria artis: cum laude & approbatione cum laude intuentium cuncto-
rum opera sua posteritati transmitteret. Eorum inquam operum: que
tantum abest: ut spectatores aliqua censura perstringant: ut ne-
que examinare etiam audeant: sed potius ament liberam gratuitam
que laudem nobilibus illis spectaculis impendere. Si uero is sit:
qui commendationem ac laudem: non a pictura: aut statua-
ria: aut a mechanicis artibus accipiat: sed potius a ratione a la-

Socrates

Anitus
Melitus

Zeusis
Polycletus
Phidias

Socrates

Anitus

Melitus

Lycon

bore / a moribus / a frugalitate / constantia temperantia ce-
 eisq; uirtutibus: ex quibus se compositum consumatum / deo
 rumq; reddiderit: Hunc ad stabilem gloriam / ac eertam laudē per
 tingere non pati: iudicesq; eiusdem artis consortes impetrare non
 posse: sed potius cottidie diuersas aliquas calumnias / atq; oblocu-
 tiones substinere quis ferat? Qualis ea est: quę i presentia confide-
 randa occurrit. Socratem hunc Melitus accusauit / statuit i iudicio
 Anitus oratione infectatus est Lycon: Athenienses damnauerunt
 undecim uiri uiciri iusserunt: carnifex necauit. At ille accusantem
 Melitum despexit: Anitum delatorem cōtempfit: Causidicum Ly-
 conem derisit. Aduersus Atheniensium decretum aliter ipse decre-
 uit. Multantibus illis aliam ex aduerso multam indixit. Vincien-
 tibus ipsum undecim uiris prębuit corpus: erat enim imbecilius
 corporibus multis animam minime prębuit: qui erat Atheniensiu
 omniū pręstantissimus: carnifici nequaquā infectus: ob uenenū mi-
 nime cōmotus. Verum / h c quem Athenienses damnauerunt inuiti-
 diam obiit libens: huius rei maximum illud est argumentum. Nā
 cum ei licitum esset damnationē redimere pecunia: atq; etiā fugere
 occulte mortem tamen maluit obire. Q d uero Athenienses inuiti
 damnauerunt: peracti mox pēitentia iudicii satis probat: Quia una
 re quid accidere iudicibus potest? quod magis irrideri mereantur?
 Vis etiam ulterius Socratis factū exquiramus? nū oportune illa
 omnia egerit: an magis iportune: Quid igitur? Si qs accedens nar-
 rauerit tibi esse uirum Athenis in etate senili constitutū / professio-
 nephilosophum / Inopem fortuna: optima natura utentem / Dife-
 tum: perspicacissimi intellectus: uigilantissimum / sobrium: qui ni-
 hil unq; temere fecerit: aut dixerit: ad multam senectutem peruene-
 rit: Laudatores habuerit morum suorum / ex grecis haud ingenio
 postremos: Ex Diis uero Apollinem ipsum / & hunc cum propter
 inuidiam / propter inimicitiam / propter honestatis odium petitus es-
 set: ex theatralibus ab Aristophāe: ex sophistis ab Anito: ex sico-
 phātis a Melito: ex oratoribus a Lycone: Quorum alius / cum in
 commedia luxerit: alius in iudicium capitis traxerit / alius detu-
 erit alius orationem perstrinxerit: alii uero condemnarint. In-
 primis quidem Aristophani infensum cum uicissim in Diony-

Socrates ad multam sene-
 ctutē peruenit

poeta — Aristophā
 sophista — Anitus
 sycophanta — Melitus
 orator — Lyco

silis comicis salibus / haud irremuneratum abire fuisse: cum ma-
 xime iudices maderent: post accedētem adiudicium cum accusato-
 ribus dicendo congressum / longissimam orationem habuisse. De-
 fensionem uidelicet ad demulcendos iudices egregie compositam:
 cuius proemium auditores attentos ac beneuolos redderet. Narra-
 tio ad persuasionem apposita esset: coniectura / fides uerisimilitudo
 demonstrationē siemarent: Dein in iudiciū testes adduxisse uiros
 & opibus & fide apud iudices (inter ceteros Athenienses pręstan-
 tissimos) nō pepercisse pręterea supplicationi misericordia / lachry-
 misq; in tempore emissis: Postremo aductis in conspectu iudicum
 Xantippe uxore / filioliq; eiulantibus: his omnibus modis iudiciū
 animos uersasse: Quia propter per miseracionē suffragiorū absolu-
 tione expugnata: iudiciū euasisse. Pape egregiū uictorē narras: Cre-
 do etiam (si diis placet) is quoq; se ex iudicio proripuit in Lyceum:
 per academiā ceterasq; disciplinaz scholas letus incessit: tamq; q
 ex hibernis tempestatibus sospes euasisset. At q; si hęc ita gesta fuis-
 sent: Quomō philosophia uirū hunc / quę: quo ad eius fieri potuit
 rarū / atq; egregiū efficit: Quomō inq; excepisset? Nō (me Herce)
 melius q; lanista certatores delibutos unguentis / sine sudore ac pnl-
 uere coronatos scedere / minime uel ictos / uel uulneratos / uel feren-
 tes uestigium aliquod uirtutis. Verum enim uero / quę fiducia So-
 cratem ad defensionem hortaretur? Num cōsideret iudices æquos
 habiturum? At qui iniquissimi erant: Num sapiētes? At qui demē-
 tes erant: Num bonos? At improbi erant. Num māsuētos? At ira-
 cundia aestuabant. Num similitudine aliqua secum obstrictos? At
 dissimillimi erant. Num meliores? At pessimi erant. Num de terio-
 res? At quis se meliorem agnoscens / deteriori committere se uelit?
 Fac eū causam dicere / nūquid philosophiam adiurabit? Mentietur
 omnino. Num philosophiam profitebitur? At ea præcipue causa
 illorum in se uerterat odium. Nihil (medius fidius) horū dicere ip-
 sum oportuit. Reselleret aduersarios / ac iudicibus probaret / iuuen-
 tutem nequaquā corrupisse: neq; se nouos Dæmones induxisse? Vi-
 de quam rem ageret / quantumq; negotiū sustineret: qui homi-
 nes artis ignaros: de his: quæ in artificio uersantur / docturus
 esset. Vnde Atheniensibus erat / ut intelligerent quid esset iuuentus

Xantippe

Solo
Draco

Elicia

sem eo rumpere? quid uirtus? quid de non aut quomodo colendus: De quibus neque mille iudices fabarum suffragis creati unquam inquirunt: Neque Solon aliquid scripsit aut Draconem uenerandis in legibus habetur: In quibus potius agitur de citatione de peculatu de accusationibus de rationibus readendis de iuramento: Quae quidem omnia in Elia peritissime tractantur: et similitudinem gerunt cum pugnis: contemptionibusque uerborum: quas sepius inter pueros greges talorum lusus solet excitare: dum se inuicem inter ludendum aut rapiunt aut aliqua iniuria afficiunt. Veritas uirtus rectaque uita alios iudices postulat: alias leges: alios oratores: quorum iudicio Socrates uictoriam coronam ac laudationem accepisset: qui si uelit & tenet & philosophus pueris mixtus: talis ludendo iectare irrationem quomodo effigiat? Quotus quisque medicus est: qui persuadere febricitantibus possit optimum esse ieiunium ac famem tollerare? Quotus qui petulantem hominem in sententiam trahat quod uoluptas sit maximum malum? Quis auarum docilem fecerit nihil eum cupere boni? Id si fieri facile possit: etiam Socrates Athenienses persuasione cepisset quod studium uirtutis minime iuuentutem dissoluat: quodque illuminatio quaedam diuina de demonum natura nequaquam transgressionem legis inducat. Nam aut haec Athenienses pariter cum Socrate callebant: aut hic callebat ipsi ignorabant. Ac si quidem callerent: quid edoctos iam docere iterum oportuit? Sin erant ignari: profecto non defensione tentandis sed potius ad ediscendam huiusmodi scientiam fuerant inuitandi. Alias etenim defensiones manifestas efficiunt testes fides argumenta coniectura probationes ceteraque huius generis complura ob eam causam ut quod interim absconditum fuerit in conspectum iudicum prodeat Virtutis & probitatis unicum est argumentum reuerentia uidelicet erga uirtutes: qua quidem eo tempore ex Athenis eiecit: quid oportuit Socratem orare ut effugeret necesse? At si mors ipsa bono huic uiro praecipue uitanda fuit: continuo superest: non illud quidem quod expectare te uideo ut illi scilicet coram iudicibus pro se ipso fuerit dicendum: sed potius ut pugnantia maximeque contraria committantur hoc est ut qui ueluti publicus quidam acerque temperantique magister atque inexorabilis fuit: nemini unquam nec seruire quicquam

nec blandum nec humile: nec summissum locutus: Idem ingenii ac professionis suae oblitus praeter necis metu noluit Melito infestus esse noluit Anitum reprehendere. Ac demum quiete sua contentus uicos urbis plateasque lustrare noluit censuram nota cuiusque hominis conditiones artes studia & cupiditates incessere. Sin uero & strenuus miles & intrepidus gubernator suo quisque studio intentus mortem contemnit: optantque praecleari artifices opificiis suis commori. Decuit ne philosophum scilicet assignatum sibi in acie locum deferere? egreque aut terram aut uitam relinquere? & uirtutem ueluti scutum proicere in pugnam? talia socratem agere: quisnam iudex aut laudare: aut saltem ferre posset? stare cum in iudicio reum humilem pavidum uiuendi spem ab aliis ueluti stipem mendicantem Hoc est enim apologiae munus suscipere. An uero loqui ipsum oportuit? Nihil (me Hercle) quod uel humilitate uel pauore uel summissione turpe uideretur: sed quod potius liberam contumaciam a magnitudine animi non a superbia inductam dignitatemque philosophiae ostenderet. Apologiam minime ais: Sed tumorem incendium atque iracundiam. Quae animi equitate defensionem istam acciperet impurus ille iudicum confessus popularisque licentiae alumnus liberis uocibus insuetus: continua assentatione deprauatus. Haud (me Hercle) melius quam in commestatione: petulantium hominum feratur sobrius uiri: uel huic auferens craterem uel ab illo tibicinam abducens uel aliis cripens coronam ebrietatem commestantium discutere tentare. Quamobrem satius fuit Socratem tacere: ubi minime licuit non turpiter loqui. Sic enim maxime serua uirtutem iracundiam compressit. Iudices praeterea ipsos in infamiae sordibus reliquit quod tacentem damnare nequaquam pudisset. Magna sibi nimirum sperare licuit aures iudicum obtundendo. Socratem enim illum: quem neque septuagenarium uitae curricula neque philosophia ipsa neque continua uirtus: uita minime labilis ac sana uiuendi ratio purissima proba consuetudo utilissima colloquia optimi conuictus: nequaquam satis a iudicio a uinculis a morte eximeri potuerunt. Clepsidra ne quaeso ad breue dicendi spatium concessa absolueret? At neque poterat neque (si posset) id Socrates accipere: id



Septuagenarium
socrates

Iuppiter diiq; omnes auertant. Quid si Leonidam ullum spartiatā
 ex astātibus aliquis hortetur: ueluti proditor armatus: ut se subdu-
 cens ex pugna ad euitandum impetum Xerxis sibi consulat fuga.
 Id Leonidas ille acciperet? Et nō potius mallet pro uirtute occum-
 bere: q̄ q̄ barbaro dedisset terga ifamiā subire? Quid igitur aliud
 erat Socratis defensio? q̄ terga uertere? q̄ corde atq; animo fugerē?
 q̄ honeste pauescere? Igitur in acie stetit impressionem sustinuit.
 uictoriam adeptus est: q̄uis athenienses putarent: suis Socratem
 decretis euersum esse. Id etiam Xerxes de Leonida putauit: At leo-
 nidas obiit: uictus est Xerxes. Socrates itidem iteriit Athenienses
 p̄nam pertulerunt. Iudicium enim exercuit Deus: exercuit ue-
 ritas: accusatio Socratis huiusmodi fuit. Peccat atheniensium po-
 pulus: qui nequa q̄ recipit Deos: qui pro diis habentur a Socrate:
 eiq; nouos demones imputat: Socrates recipit Olympium Iouem:
 Athenienses uero periclem. Socrates fidem habet Apollini: Athe-
 nienses contra Apollinem decernunt: peccat populus iuuentutem
 corrumpendo. Is namq; alebiadem corrumpit: is Hipponicum Cri-
 tias aliosq; permultos. O accusatorem ueritate nitentem. O equi-
 limum iudicium: O damnationem acetbam: pro Iouis offensa pe-
 flis accessit: bellumq; a peloponensiis illatum est: pro iuuentute cor-
 rupta: constructa decelia est: acceptaq; in Sicilia: et in Helleponto
 calamitas magna. Eiusmodi iudiciis decretisq; utitur Deus.

QUID EST SCIENTIA: XXXX.

Quid id est in quo homo differt a bruto? Quid præte-
 rea illud in quo homo differt a Deo? equidem ita existi-
 mo homines haud alia re q̄ scientia ipsa præstantiores
 brutis: haud alia q̄ propria impuritate diis inferiores esse. Deus. n.
 sapientior homine: Homo scientior bruto. Tu ne igitur sapientiam
 seiungis a scientia? Minime (medius fidius) magis q̄ uitam a uita:
 Sed uita ipsa quæ mortali & immortali cōmunis: si qualitātē cōside-
 res: equaliter utraq; se prebet: si breuitatem ac longitudinem tem-
 poris impar efficitur. Dei etenim uita in eternitatem producit:

homines uero in diem. Quomodo igitur si demus poten-
 tiam oculis subesse: ut uideant semper: utq; continuo intuitu pro-
 iectum excipiant lumen: minime uel palpebrarum egentes tegu-
 mento: uel somno ad instauracionem uigoris: uel noctis ad quietē
 captandam: qua accepta nihil a ceteris oculis differant: præterq̄ po-
 testate continue uidendi. Sic etiam scientia: res communis & ho-
 mini & deo: aliter tamen a Deo: aliter ab homine habetur. Ac diui-
 nam quidem uidebimus statim. Nunc autem ad eam: quæ magis
 est cognita accedamus. Quid id est: quod in homine est intellige-
 re: scire: discere: & cetera generis eiusdem: ex quibus ita uocatis spe-
 culationis habitum quendam animo adiicimus? Num quid omne
 id: quod summam breui quadam consideratione colligit sensus:
 ac peritiam uocat: intraq; ad animum ducit: postq̄ in illam peritiā
 ratiocinatio signum impresserit: scientiā dicemus? Tale quid dico?
 Homium primi qui nunq̄ uiderant nauem: externorum commer-
 tia adamantes: utilitatis stimulis acti: cum circumscriptos secer-
 nerent a mari: nantem uiderunt autem ex acre delapsam. Viderunt
 præterea ponderosum aliquod corpus leuiter super aquas deferris
 aut arborem: quam fluuius traxisset. Forte etiā aut aliquis (ut fert
 casus) cum mergeretur inuitus: ac cogretur membra iactare: eoz
 artificio enatauit: aut etiam libens: ludensq; natationem ipsam ten-
 tauit. Hos singulos casus peritia colligens: atq; horum collectione:
 nauigationem meditatus primum ineptum aliquod: atq; informe
 uehiculum construxit e materia leui: ut ē ratiū forma: ex colligatis
 permultis lignis rudibus compactum. Paulo post sensus adiuncta
 ratiocinatione procedens: ac sapienter effectus: uehiculum cauum
 inuenit: quod impelleretur a remis: uel isq; suspensum ferretur a uē-
 tis: remone ad rectitudinem cursus regeretur: atq; huic uitam & sa-
 lutem suam commisit: gubernatoris dumtaxat scientiæ confisus:
 Medicinæ uetustissimū inuentum his initiis ortum: constans est
 fama: Eum qui uexaretur a morbo domestici exportantel i frequē-
 tissimo uico statuebant: ut a transeuntibus uisus: de qualitatibus
 morbi rogaretur. Ita qui tulerat: depuleratq; similem morbum:
 aut medicamentis sumptis: aut cauteriis: aut incisionibus: aut tole-

rantia sitis: pro dito remedio laborātem iuuabar. Similitudo igitur morbi remediorum colligens memoriam summam eius: quod ex his hominum congressibus acceperat. scientiam fecit. Eodem etiā modo architectura: grana: textura: pictura incrementa sumpserunt manum quodammodo singulę ab experientia perductę. His ita se habentibus: utrum dicemus scientiam esse animi ipsius consuetudinem: ad quęcunq; opera & studia humana: An & idem extendemus ad bruta? Quando sensus: atq; experientia minime solius hominis sint. Nam & sentiunt bruta: & ab experientia non nihilum docętur: usq; adeo ut possint in participatum sapientię uenire. Grues per ęstatem ex Aegypto surgentes: extensis alis: uelut quibusdā uelis: per aerem feruntur recta in scythicam terram. Hoc animal q̄ minime decore formę numeros implet: cui scilicet habitior est uentris longissimum collum: posteriora leuissima: alę parum fultę: dispersa mębra in uolatu fluitare uidetur: instar nauis: quam undę agitant & impellunt. Hoc intelligens grus: siue sentiens: siue etiam experta: non ante uolatu se credit: q̄ lapidem rostro suscepit: firmamentum uidelicet uacillaturi uolatus: custodiamq; salutis. Cerui ex Sicilia i Calabriam: circa Rhegium urbem transfretantur p ęstatem: natantes desiderio pabuli (uerum ut credere pat est) longitudine natationis defessi: propterea q̄ onus capitis super aquas extantis: non facile sustinent: ad leuandum laborem rationem hęc inuenerunt. Natant quidem ordine cūcti unius ductum alius post alium sequentes: quasi exercitus imago congruo ordine incedentis. Inter natādum uero singuli super anterioris lumbos caput imponunt. At si contingat ordinis decurionem sub labore deficere: continuo in tergo locatur: aliusq; decurionis in locum succedit: alius tergi ductor efficitur: quasi sit acies in qua Xenophon tergum frōtem Chirifophus regat: usq; adeo ut etiam ad hoc gēus brutorum militaris disciplina transisse uideatur. Haud igitur sensus experientiaq; ad hominem pertinent duntaxat. Cuius hominis tantum peculiaris est ratio. Neq; aliud est scientia: q̄ stabilitās: rationis iisdem semper uestigiis hęrentis: captantis primo cognatas quodammodo res post distinguentis: quicquid in eis uiderit dissimile. Quarū

Natura & sagacitas
gruū. aduerte

Ceruorum astutia nota

Xenophō
Chirifoph

que similitudinē seruant inuicem comparat. Et (ut ita dicam) quasi amica connectit: confusa autem ac repugnantia diuidit in ordinata in ordinem: dissonantia in consonantiā restituit. Eiusmodi sunt arithmetice: geometrice: musicę: cęteręq; disciplinę: que sese penitus a mechanicis uindicant: ac rationis prodierunt impulsu. Has tamen Homerus nequaquā scientiarum antiquissimas uocat: uir & antiquitate & fide inter cęteros prestans: sed potius huius generis uiros admiratur: ut pote solos sapientes. Vatemq; & medicum morborum: ac ligna struentem: carmine præterea clarum. O: q̄ qualitātē dignitatis: sapiens uates: sapiens faber: sapiens medicus: q̄ qualis uidelicet Apollo: Esculapius: ac Phemius. Videndum est tamē an Homerus dignitatem scientiis ob inuentionem magis: q̄ ob utilitatem impendat. Id a nobis minime sequendum est: sed potius hoc modo dicendum. Animam uidelicet hominis rerum omnium expeditissimum atq; ocissimum motum habentem: ut pote: que sit conglutinata ex mortali atq; immortalī natura: ob eam partem quam a mortalitate desumpsit: sub brutali natura censendam esse. Nutrit enim auget: mouet: sentit: ob immortalitatem uero ad diuinitatem accedere: que. s. cogitat: ratiocinatur: ediscit: atq; efficitur sciens. Quatenus autem natura ipsa mortalis cum immortalitate concurrat: id omne dicitur Prudentia: mediū uidelicet quiddam existens inter scientiam ac sensum. Est que sensus iste animę functio: quatenus irrationalis: sicuti mens animę functio. Sed quatenus est diuina: harum media est prudentia: & ipsa eiusdem animę functio: sed quatenus est humana sensu. n. experientiam colligit: rationem prudentia: Mens uero stabilitatem. Id igitur: quod ex his omnibus compositum harmonice est: Scientiam uoco. Et si orationi huic adicere oportet exemplum. Dic sensum: circa operam fabrilem: dic mentem circa geometriam uersari: dic prudentiam esse qualis reperitur in architectis. Ars medium obtinens locum: inter geometriam & fabrilem operam: quatenus fabricam respicit: scientia est: quatenus cum geometria comparatur: propter stabilitatem minor inuenitur. Cernere etiam est scientiam: prudentiam: experientiamq;: potentias hominum inter se esse sortitas. Atq; hęc

Homere

Phemius

Motus animę
uelocissimus

quidem circa ignem uel ferrum uel ceteras materias uarias fatage
re. Artium ipsa copia utilitates comparat uitę. Prudentia uero quę
affectionibus animę pręsidet: easq; ratiocinatione ad iuncta / tamq̃
propriam familiam regit: ad experientiam ipsam comparata / ratio
nem scientię habet. Scientia autem ipsa tantundem est minor / q̃ tũ
circa negotium minime stabile / minimeq; certum diuersans: de eius
dem natura effigiem capit. At mens supremum in anima honorę
supremum etiam imperium habet. Quae in ciuitate possidet lex:
haud tamen ea lex: quę uel in tabulis scripta / uel columnis inscul
pta / uel calculis / uel manibus in contione sancita: uel a populo lau
data: uel probata iudiciis: neq; etiam aut a Solone / aut a Lycurgo la
ta: sed cuius lator est Deus: quę nunq̃ sit descripta: cuiusq; dignitas
ex suffragiis minime pendet: ac potestas reddendę rationi / non est
obnoxia. Quę pręterea sola lex est: quando quę temere uocantur
leges / sint potius dicendę falsę quędam opiniones defectibus refer
re / atq; aberrantes a fine. Nam sub huiusmodi legibus Aristides
exulauit: Pericles multatus est: necatus est Socrates. Cum contra
sub lege illa diuina iustus Aristides / optimus Pericles / Socrates phi
losophus esset. Illarum legum effectus popularis est status / iudicia
contiones / impetus populi / principum uirorum corruptiones / for
tunę uicissitudines / calamitates diuersę. At huius legis effectus est
libertas / est uirtus / est uita molestia carens / est tuta felicitas. Illis do
minantibus frequenter in iudicium itur / tremes implentur: classes
educuntur / uastatur ager / pugnatur i mari / desciscit ægina / De cælia
munitur. Perditur Melus / Platee uincuntur: Sicyon diripitur: euer
titur Delus. At harum legum imperio uirtus uairur: animus disci
plinis impletur / domus pulchre disponitur: ciuitas optimis legi
bus fundatur: terra mariq; otium uiget / ac pax. Nihil uel leuũ uel
in humanum / uel barbaricum dominatur. Pacis omnia plena: ui
gent fœdera: uiget scientia: uiget philosophia: uigent musicę ratio
nes. O leges cæteris legibus antiquitate præstantes / o legis latores
cæteris legum latoribus mansuetiores: quibus quisquis libens
instituendum se tradit: et liber & diues / & interpidus euadet: cotti
dianatq; legum / ac stultorum iudicium minime censuram uerebi

Solo
Lycurgus

Aristides
Pericles
Socrates

tur. Quisquis uero iniquus homo / ab earum obseruatione disce
det: iudicium nequaę effugiet / haud Atheniensium ipsorum calcu
lis sententiam ferentium: haud undecim uirorum exulare iubenti
um: neq; etiam carnificis uenenum propinantis: sed potius semet
ipse innata ac uoluntaria improbitate condemnabit.
Nam propriis homines uitii sibi damna creantur.
Hanc legem transgressus Alcibiades infortunium subiit: non qui
dem tunc / cum ab Atheniensibus est reuocatus e Sicilia: aut cum
ab Eumolpidis præconum uoce est execratus / aut cum extra fines
atticos / in exilium abiit. Leuis est hæc & contemnanda damnatio.
Melior enim etiam tum cum exularet Alcibiades fuit his: qui do
mi remanserunt: ut pote qui ab Lacedæmoniis haberetur in hono
re: quiq; Deceliam muniuit: qui conciliatus Tisapherni: qui Pelopo
nesiorum imperium accepit. At Alcibiadis damnatio antiquior ual
de: ab antiquiori lege / atq; ab antiquioribus iudiciis decreta: eo uide
licet tempore: quo discedens a Lyceo damnatus est a Socrate: & a
philosophia repudiatus: Tunc exulat Alcibiades: tunc capitur: O
damnationem acerbam / pertinacem execrationem & miserabilem
errorem? Athenienses itaq; supplices ipsum receperunt: At quos
philosophia / scientia / ac uirtus semel eiecerint: his & perpetuo fores
occludunt: & inexorabiles manent. Talis est scientia / talis ignoran
tia est. Ego uero & Minois leges / scientiam uoco: quam ipsum lup
piter docuit per annorum nouem curriculum / ut quod disceret Mi
nos: beatos efficeret Cretenses. Cyri scientiam / regiam appello uia
tutem: quã docuit Cyrus: minime didicere Cambyses / & Xerxes.
Cyrus. n. præfuit persis: ut peccibus pastor ad seruandum & alen
dum ouile: ut pote qui pugnant cum Medis / & Babylonios capi
ens longe barbaros lupos arceret: & a gregibus ignauiam depelle
ret. Cambyses uero & Xerxes / ex optimis pastoribus euaserunt im
probi lupi / gregem tondentes / & a scientia longissime distantes. Le
ges præterea Lycurgi / scientiam uoco.

Alcibiades

Eumolpide

Tisapher
nes

Decelia

Minois

Cyrus

Cambyses

Xerxes

Lycurgus

SERMO

DE VARIORUM NESINT CORPORIS ANANIME
AEGRITVDINES. XXXXI ET VLTIMVS.

Etustum olim est carmen: quod & ipsum in supplicatio-
nibus canitur. Beatorum antiquissima sanitas: in reliqua
uitam tecum sim. Libet huius carminis poetam interro-
gare: que nam ea sanitas sit: qua precibus in contubernium uocet? Ego.
n. suspicor eam diuinum quiddam esse: uotoque dignam: qua uideam ear-
mine: nec temere: nec fortuito dignam sic habitam: cuiusque memoria
ad hoc usque tempus perduret. Et si ea id est (quod suspicor) ratio mi-
hi ex persona poetę respondeat uelim. Harmoniam in homine com-
ponunt duo: animus scilicet ac corpus: Quorum si animus natura
egritudinum esset immunis: nimirum huius carminis uotum dumtaxat
pertineret ad corpus: quod quidem suapte natura palam est morbis
ac curationibus expositum esse: Sin uero ambo pulcherrime & aptissi-
me uel nature coniuncti sunt: si quo uitio eorum partes perturbari con-
tingat: fiatque ut per ipotentem uim alter alterius sibi uideat munus:
iuxta ac populus uel tyrannus in ciuitate consueuit: impedimentum
ceteris partibus afferit ipsarumque temperamentum euerit. Et hoc est quod
uel animi uel corporis ipotentem uim uocamus: neminique dubium
quin eorum uterque (quantum ad se ipsum attinet) sanitatem exposcat.
At inuicem comparatis: haud erit utrobique par appellatio: Verum utri-
us salutem ac simmetriam beatorum antiquissimam appellemus: ut
utriusque infirmitatem ex opposita illi ualitudine noscentel: perspicere
possimus: ab utra maius ad hominem perueniat malum. Age
dum totam hanc rem in hunc modum statuamus.

X animo & corpore constitutus est homo: in eoque ani-
mus imperat: obsequitur corpus. Et quidem eodem fe-
re modo in ciuitate aliquis regnat: reliqui parent: & tam qui im-
perat: quam qui parent ciuitatis pars est. Harum utriusque potius ui-
tio misera ciuitas fiet: Fac populum inuaserit langor: non ne Pericles
ualens atque optimus rector populi discutit langorem? Contra Sy-
raculis Dionysius tyrannico contagio: opprimatur populus quis
sanus: tamen ad recipiendam salutem inualidus sit. Vis ne corpus

Pericles

Dionysius

QVADRAGESIMVS PRIMVS CXIII

ut populum animum ut principem esse? Ita opinor. Itaque imaginem
cum imagine conferens considera: pluris ne populus quam rector: an
corpus quam animus habendus sit. Populus quidem furiosus est: non
ne itidem & corpus? Populus est multiplex: multifonus: multipli-
citer affectus. corpus itidem ex dissimilibus multis permixtum est.
Idem populus ex dissimilibus multis ac colluione quadam coag-
mentatus. Populo quid est: quod si ad iracundiam propensus? in
cupiditatibus uehementius? in uoluptatibus mollius? in doloribus
abiecius? in irascentia asperius? Eadem hec uitia attingunt corpus.
Quod quidem & ipsum cupiditatibus appetitionibus uoluptati-
bus atque impetu rapitur. Nunc principem comparemus cum prin-
cipe. Princeps in ciuitate imperantis habet officium: idemque est &
honoratissimus & firmissimus: natura ad curas ac sollicitudines fac-
tus. Quid animus? Non ne principis partes omnino exequatur? Prin-
ceps sui ipsius habet arbitrium: animus itidem. Quę cum ita se ha-
beant: cuius nam morbo magis uel hominem uel ciuitatem labefac-
tari arbitrabimur? Nonne prestantioris morbus: uniuersitatem dei-
terius afficit? Laborant populus sub principe minime firmo: in ciui-
tate libera egrotat: morbus etenim principis ciuitatis ipsius pe-
tus est seruitus. Sed compendio loquendum: Animus est pretio-
sior: quam corpus: atque ideo bonum: quod a pretiosiori prouenit
est maius. Maiori autem bono maius opponitur malum. Sed minus
ius bonum animi est potius quam corporis sanitas: Maius igitur malum
animi quam corporis est morbus. Corpus ut sanitatem recipiat: arti-
est opus. Animus ut conualescat: per uirtutem consequitur. Animi
preterea motus: quid nam aliud quam improbitas? Corporis quam infor-
tunium sit? Sponte committitur improbitas: Preter uoluntatem in
fortunium accidit: ob eamque causam qui contra uoluntatem mali
quippiam patiuntur misericordiam: qui suo prope prolabantur inge-
nio: odium in se solent prouocare: Sed quorum miseremur: eos
omni presidio adiuuamus: quos uero odimus probe multatos es-
se percipimus. Demum que sunt digna auxilio: leuiora sunt: deteriora ue-
ro: quibus infligit pena. Sed sanitatem rursus in utroque spectamus: Alte-
ram quidem omnem expertem indigentem: alteram indigentissimam in-
ueniemus. Altera felicitatem dispensat: altera infortunium inuenit.

De populo pulchre

SERMO

Altera malorum iniquationem penitus respuit: Altera facile labitur in uitium: huic perpetua sanitas: illi diurna. huic firma: illi caduca. huic immortalis: illi immortalitati profus addicta. Consideremus & morbos. Corporis morbus arte facillime depellitur: animi morbus difficulter a lege sanatur. Et corporis quidem morbus: si qui em uehementer anxium habet: ei sanitas maius desiderium incutit. Quod uero animum ceperit: eum ad contemnendas leges: magis cotidie indurat. Huic dii suppetias ferunt: illum odiose repellunt. Aduerte preterea: bellum nunquam ob corporis egritudinem est ortum: At ex animi morbo maxima sepiissime bella exarserunt. Nemo unquam qui corporis morbo laboraret: aut delator effectus est: aut sepulchrum uiolauit: aut depopulatus est agros: aut nefarium aliquid conseruit. Morbus corporis laborantem male habet: Animi morbus haud ad eum solum: quem corripuerit: sed ad proximos quosque miseriam defert. Inspice obsecro sermonis habiti imaginem: ex politica similitudinem expressam. Quo tempore Atheniensium ciuitas popularibus stabat institutis: ciuium multitudine: magnitudine imperii: & opum potentia florebat: Imperatoribus preterea abundabat. In qua .i. Pericles summam haberet auctoritatem: Eam tum pestilisque primum ex ethiopia progredi cepisset: post Persarum regnum pertransisset inuasit: In ea stationem finemque capiens ciuitatem confecit: idque malum concursus multitudinis in urbem: & bellum Peloponnesiacum auxerunt. Hec cum uno tempore multis uidiisque malis premeretur: cuius scilicet ager uastaretur: Ciues contagione absumerentur: captiuarentur homines: potentia tabesceret: sub infortunii mole caderet corpus. Vir unus (is tum erat ciuitatis animus) Pericles ille ab egritudine intactus: sanitate uigens: iacentem ciuitatem excitauit: exiit: effecitque ut ad resumendas extinctas uires respiraret. Unus ex omnibus ciuibus qui uel pesti resisteret: uel bello. Nunc autem uicissim secundam imaginem considera. Pestilentia abiit: populus conualuit: uires sunt restitute: sed partem que gubernaculi munus suscepisset morbus inuasit: acerbis sane & insanius proximus. Hic quoque populum cepit: & in eandem egritudinem uertit. Quid enim: non ne cum Cleone insaniuit populus? Num

Pericles

Cleon

QVADRAGESIMVS PRIMVS CXIIII

Hyperboli morbum non est passus? Aut non cum Alcibiade exarsit? Quid deinde? idem morbus cum ipsis populi ductoribus consumptus: populum in eandem perniciem traxit: atque alium aliter perdidit: cum alius alio miseram illam: atque infelicem iuxta homerum uersum aduocaret.

Huc age nymphea ueni: diuinamque facta tuere: Et quidem Alcibiades Siciliam ostendit. Cleon Sphaacteriam: aliam aut terrae aut maris portionem: ueluti febribus correpto: fontes ac puteos. Hec sunt uiri nequam uestra diuina opera interitus: destructio: ac malorum uigor & egritudinis tabes. Hoc idem efficere potest animi morbus: si eum corporis morbo conferatur. Languescat corpus: perturbetur: corrumpaturque: si quidem ab animo ualenti habeatur: facile egritudinem contemnat: malumque conculcet: ut Pherecides in tumulo positus contemnebat: cum illi corpus quidem tabes exederit. Rectus tamen animus inutilis illius septuercionem auide expectaret. Ausim uero id affirmare: neque etiam preter animi uoluntatem aduenturam corpori tabem: quasi eum dixeris: quod cum detinet in carcerem uideritque: carceris putrescere parietes: ac labi egressum carceris: ac uiculorum liberationem preestoleat: ut ex multis atque obscurissimis tenebris: quibus interim obrutus esset: quandoque se uindicans: aerem aspicere possit: ac clarissima luce saturari. An hominem putas: qui belle exercitatum corpus: duratumque in laboribus haberet: terreri posse? si ei clamides attritione scinderentur: & non eas potius letum obiecturum: nudumque corpus: nudo aeri amicum amico: liberum libero ostentaturum? Quid nam aliud pellem: ossa: carnemque (quo ad animum pertinet) esse arbitraris: quam diurna indumenta: quam pannosas tritas: uilissimasque lacernas: quas ferrum facile scindat: liquet ignis: & ulcus depascatur. Optimus igitur animus in exercitationibus ac laboribus habitus: facile illa omnia contemnit: cupitque quam primum indumenta deponere ut qui forte hunc uirum laborantem corpore inspexerit: pulchre illud Vlixes in eum proferre possit.

Quale seni foemur abrupto centone patescit.

Contra animus humilis: si sit defossus in corpus: ut pigrum aliquod

Hyperbolus
Alcibiades

Alcibiades
Cleon

Pherecides

Vlixes

Homerus

reptile / latibulum adeptum: ita is corporis nidum artissime com-
plectitur. neq; unq; ab eo abduci uult: aut ipse sponte erepere: sed
potius cum incenso nido una exurit: cum diuulso diuellitur. & in
corporis cruciatu doloris se sotium prebet: Et cum clamante cla-
mat. O pes ne te ascindam? ait Philoctetes: absconde queso mi ho-
mo: ne ciulato: neue amicis conuitium dicit: ne Lemnię terre infe-
stus esto. O mors Peana. Si quidem Philoctete eo proposito dicas
ut malum commutaturus cum malo: precationem minime pro-
bo. Sin uero mortem re uera Peana esse arbitraris: ac uideam infa-
tiabilis. morbidiq; bruti: optime reris. Perge itaq; Peana precari at-
q; inuocare. Sed me (ut uideo) oratio ad exemplar manifestius ap-
pellit. quod me Hercle auebam iam dudum uobis ostendere. Erant
in exercitu grecorum multa hominum milia.

Ver flores quot habet. tegitur quot frondibus estas

Nemoq; non ualidus. non interger. non robustus. tantuq; homi-
num nūerus Pergamis circumfusis nihil toto decēnio efficere po-
tuit. Non insectator Achilles. non permanens Ajax. non Diome-
des interfector: non iaculator Teucer: non consilio Agamemnon:
non eloquio Nestor: non uasramentis Ulyxes: Verum his ita De-
us responsum dedit. O optimi ac generosi alumni grecię. frustra la-
boratis. frustra persequimini troianos: in cassum tela emittitis. in
cassum consulitis.

Nunq; aliter magnę capietis moenia Troię

Nec prius accedat q; uobis auxiliator.

Quis nam is? ualidus scilicet animus inualidum corpus. fetidum
claudicans. fereq; morbo consumptum. Deo itaq; fidem habentes:
auxiliatorem hunc ex lemno adduxerunt: cuius erat animus inte-
ger. morbidum corpus. Verum si placet pro rei huius speculatio-
ne. in robustam gladiatoriamq; (ut ita dixerim) corporis firmitate.
animi morbum inferamus. laboret animus morbo uoluptatis dis-
soluatur. ac tabescat: Quod remedium. aut que utilitas laboranti
huic aīo ab ipso corpore obueniet? Sardanapalus egrotat. non ne-
uides ut morbus ipsum etiam inualerit corpus? flaccescit miser.
oculisq; ipsis contabescit. atq; impatiens morbi. in ignem se deicit.

Egrotat Alcibiades: ipsum quoq; ignis exurit. uehemēs sane. ferus Alcibiades
q; rationem i infaniam uertens. a quo undequaq; rapitur. ueplatur
q; modo ex Lyceo in contionem. modo es contione ad mare: ex
mari in Siciliam: ex Sicilia ad lacedemonios: ex Lacedemoniis ad
persas: ex Persis Samū. ex Sāo Athēas: ex athenis rursus ad hellepō-
tum: aut quocūq; gentium. Egrotat item Critias aspero nimirum Critias
uario. atq; incurabili morbo: usq; adeo ut cum nec uniuersa quidē
ciuitas perferre queat: & tamen omnibus his corpora integra erāt.
atq; optime ualentia. Delicatus Sardanapalus: formosus Alcibia-
des: robustus critias. Sed horum ualitudo est odiosa: Languet
itaq; potius critias ne tyrannidem inuadat. Aegrotet alcibiades:
dum athenienses in Siciliam perditum non eat: Laboret Sarda-
napalus: cui satius consultum uideatur: si eum potius aduerlet ualitu-
do. q; uolupras expugnet. Deniq; ita potius cedat. ut non assuma-
tur a corporis morbo. quem perpetua sceleris inundat illuuias. Si-
cut enim que solēt ulcera latius serpere. ubi ea semel iplicuerit cor-
pus. anteriora deuorant: atq; integri aliquid semper absumunt. con-
tumaxq; corpus in recipienda reddunt sanitate: donec medici ars.
fundum. sedemq; exciderit morbi: Ita cuius est animus suppuratus
introrsum. corrosus. putrisq; quodcūq; ei proximum est. non de-
sistit. ficere. Ascindendę itaq; ab eo sunt. ac precipidendę corporis ui-
res: in quas non secus animaduertendum est. atq; in licarii manus
in petulantis oculos. in eluonis uentrem. Quamuis. n. his morbis
imposueris iudices. carcerem. carnificemq; constitueris: eorum cot-
tidie tamen tabes iualefcit: manareq; & occupare ultra non desinit.
fitq; improbitatis in expugnabilis acies. ubi morbus semel inolese-
re cepit: in eisq; materiam consentientem licentiam. s. intrepidam
impudentissimamq; audaciam inuenit.


FINIS.

Vela dabo optata donec potiamur barona

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t.
Omnes sunt terni preter t quod est quaternio:

Impressum Romę apud Iacobum Mazochium
Romanę Achademię Bibliopo. Anno.
M. D. XVII. Dic. XV. Mensis
Octobris. Triumphante
diuo Leone. X. Pon
tificie maximo.
Anno eius
quinto.



ERRORES IMPRESSORIS

- Carta. 3. linea. 1. mitonibus fac tralatiõibus
Car. 9. infine iam fac eam
Car. 10. li. 8. tamen si. f. tam & si. & li. 10.
atergo uultus fac ultus
Car. 13. li. 17. elezomeniis. f. clazomeniis
Car. 14. li. 1. suspicere fac suspicer
Car. 15. li. 4. detentis fac decentis.
Car. 16. li. 35. ajo fac animo
Car. 17. li. 2. nãiscantē fac nãiscatur
Car. 18. li. 6. defluer. f. diff. et. li. 2. liberamē
to. f. libra. et. li. 11. labores. f. labore. et. li.
26. adrietus. f. archi. et. li. 31. qd. f. qd. et.
li. 24. atergo saturorū fac. saturum
Car. 20. li. 16. sudere fac sudore
Car. 21. li. 1. deest multos post Melitos et. li. 11.
pates fac. partes.
Car. 22. li. 18. aterg. Heraclitis. f. tus. et. li. 26
conuinctū fac cōuictum.
C. 23. li. 1. ater. desptū. f. expeditū et. li. 7. nige
stis. f. iugētis et. li. 35. opationē. f. pegrina
C. 24. ater. li. 18. legitimus. f. mis. (uonē
Car. 26. li. 14. deducta fac ctā. et. li. 26. atergo
Corinthi. f. corinthium
Car. 27. li. 30. deest supficies post huiusce.
Car. 29. li. 21. atingi t fac gar. et. li. 1. atergo.
peniq. f. de. et. li. 17. deest in post. toius.
Car. 37. li. 37. coorta. f. coorta. & li. 12. corpo
rea. f. corpora & aterg. li. 2. laudor. f. lau
dator. & li. 13. qdam. f. qdem.
Ca. 42. li. 33. q. f. q. Et car. 43. li. 35. pnux. f. pnux
Car. 44. li. 12. rediistis f. rediistis
Car. 45. li. 4. deest nun post pstar. & li. 5. agle
f. aqla. & li. 33. aterg. sinas. f. sinamus
Car. 46. li. 35. tribuerit fac tribuere.
Car. 49. li. 7. fuctus f. fructus. & li. 12. aterg
deest in. post tanta
C. 50. li. 14. nero. f. uero & li. ulti. alis. f. fal
Car. 51. li. 18. actionē fac actionū. (sis
Car. 52. li. 33. aterg. reliquē fac reliquum
Car. 53. li. 24. corpori stabs. f. cōporis tabs:
Car. 54. li. 29. aterg. utam. f. uiam
Car. 55. li. 9. libys. f. libs & li. 3. studioi. f. rum
& li. 30. immanibus. f. in manibus
Car. 56. li. 6. omniū. f. omnifar. am
Car. 57. li. 5. absoletas. f. ob. et. li. 32. sint. f. sine
& li. 8. aterg. uiam. f. uitam (f. ca
C. 58. li. 11. q. f. usq. Et. C. 59. li. 17. gymnastiz
Car. 60. li. 33. atergo. deest uero post utrof. p
C. 63. li. 32. torū. f. totū & aterg. li. 34. deo. f. deo
Car. 64. li. 2. militis. fac. multis.
Car. 65. li. 12. atero. pre. fac. per
Car. 67. li. 18. deormitatem. fac. deformitē
Car. 68. li. 2. itam. fac. etiam
Car. 69. li. 9. aterg. xelxis. f. xerxis. & li. ulti.
Hemeri. fac. Homeri.
Car. 70. li. 12. plauis. f. palus & li. 15. elicor. f.
felicior. & fluuius. fac. uios & li. 21. toni
ces. f. cis & li. 24. parter. f. pater.
Car. 72. li. 17. pnicipes. f. pnceps
C. 75. li. 5. potētā. f. sua. & li. 11. pnide. f. pinde
Car. 78. li. 1. aterg. ceptū. fac. capti.
Car. 79. li. 13. aterg. inetiā. generibus. f. inite
generibus & li. 25. si. fac. se.
Car. 81. li. 13. nouās. f. na. & li. 10. filius. f. filius
Car. 82. li. 17. atergo. uitur. fac. uidetur
C. 84. li. 13. trasmissos. deme. S. & li. 28. animi
fac. an. & li. 29. scia. f. snia. & li. 8. atergo
minime. ac. nūime (sui
C. 85. li. 9. su. f. suo. & li. 9. ater. ipului. f. ipul
C. 86. li. 7. bona. uacat. & li. 18. pateret. f. petoret
Car. 87. li. 17. aterg. deest. q. magis. decernere
post. demostare.
Car. 90. li. 9. celerāt. fac. brant.
Car. 91. li. 2. deest. ad. post. uirtutis
Car. 93. li. 10. atergo. abdictā. fac. addictam
Car. 94. li. 17. aterg. fret. fac. foret
Car. 95. li. 17. aterg. utrū. f. uerū. et. li. 20. fides
fac. fidens
Car. 96. li. 19. destrib. fac. distributionē. et. li.
13. uirtutē. f. uirtute. & li. 35. felicitatū. f. tem
Car. 99. li. 3. patētes. f. pe. & li. 4. eadē. f. eadē
C. 100. li. 2. fura. f. furia. & li. 11. aium. f. amniū
Car. 101. li. 18. spē. f. spe
Car. 104. li. 6. atergo. Eholos. f. eth
Car. 105. li. 10. atergo. cocrodili. f. cocrodilī
Car. 106. li. 32. atergo. dtuerit. f. lerit.
Car. 108. li. 18. efficit. f. effecit. et. li. 17. atergo
iudicium. fac. iudicum
Car. 109. li. 22. uiri. fac. uir.
Car. 110. li. 14. scia. f. sciam. et. li. 31. uetustissī
mus. f. mū. & li. 14. atergo. uentet. fac. ter
Car. 113. li. 6. si. f. sit. et. li. 14. pentus. f. penitus
& li. 12. muius. f. matus. & li. 23. mals. f.
malum & li. 24. aru. fac. artus

